





Hilfslamen Eichh. Car. Schmidtii.


- 6 -



Magnifat S. 79.

• 17. 11. 1811





ZUR
ZEIT



MICHAEL FRIEDRICH
HUMPHREY

S. STEPHANUS.



POSTULO TANTUM
HUMILITATEM,

BREVIARII SYNOPSIS

Psalmos, Hymnos,
Sequentias & alia quibus
cultus divinus pro hodierno ritu
in Choro insignis ædis Cathedra-
lis Halberstadii peragitur,
complectens,


Et in usum

*REVERENDISSIMI ac PER-
ILLUSTRIS*

Capituli Ecclesiæ Halber-
stadiensis Cathedralis,
Concinnam in hanc formam adornata

Opera & sumtu

Christian. Leberecht, Bischoff,
Portator.



HALBERSTADII,
Excudebat Literis Bergmanniani,
Anno MDCCXXV.

BIBLIOTHECA
POMERAVIANA

* * (o) * *

REVERENDISSIMIS , PERILLU-
STRIBUS ET GENEROSISSIMIS
PROKERIBUS , DOMINIS ac PA-
TRONIS MEIS GRATIO-
SISSIMIS.

REVERENDISSIMI AC PERILLU-
STRES DOMINI,
DOMINI & MÆCENATES
CLEMENTISSIMI.



*Estro fretus patrocinio pari-
ter atq; benevolentia quam
ut in aliis , sic & in officio,
quod Portatoris nominant,
non ita pridem mibi deman-
dato , incomparabilem & nunquam satis
prædicandam agnosco , præsens Psalterium
ante quondam a Portatore aliquo prolixius
conscriptum , ob multas autem mendas &*

** (o) **

varietates in alium ordinem redactum
meisq; sumtibus typis impressum, Vobis
DOMINI GRATIOSISSIMI, sacrare non
erubesso. Ea propterea qua par est rever-
tentia & submissione etiam atq; etiam a
Vobis contendeo, pro vestra inusitata indul-
gentia conatum meum benevolo vultu susci-
pere, sollioque favore me prosequi, velitis.
Quod sup^{er} est. D. T. O. M. precibus inde-
fessis nunquam desistam, ut quæ vos,
DOMINI INDULGENTISSIMI,
summe felices reddere possunt clementer
largiatur, & in prosperrimo rerum cursu
vos quam diutissime inter vivos versari
jubeat

REVERENDISSIMÆ AC PER-
ILLUSTRIS EMINENTIÆ
VEST

Subjectissimus ac devotissimus
servus

Christ. Leberecht Bischoff.

*** (I) ***



Domine labia mea aperies
Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Psal. 69.

Deus in adjutorium meum intende,
Domine, ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio & nunc & sem-
per, & in secula seculorum, Amen. Allel.

Canticum in Matutinis.

Psalm. 94.

Venite, exultemus Domino: Ju-
bilemus Deo salutari nostro:
præoccupemus faciem ejus in
confessione, & in Psalmis ju-
bilemus ei.

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex
magnus super omnes Deos: Quoniam non
repellet Dominus plebem suam: quia in

A 3 ma.

manu ejus sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipse conspicit.

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & aridam fundaverunt manus ejus: Venite, adoremus & procidamus ante Deum: Ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus ejus: & oves pascuæ ejus.

Hodie, si vocem ejus audieritis: nolite obdurare corda vestra: Sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto: ubi tentaverunt patres vestri: probaverunt & viderunt opera mea.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic: & dixi semper, hi errant corde: ipsi verò non cognoverunt vias meas: quibus juravi in via mea: Si introibunt in requiem meam.

Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper. & in secula seculorum, Amen.

In Festo
Nativitatis Christi.

Ad Matutinas.

Ps. 88.

In

Misericordias Domini: in æternum canabo.

In generatione & generationem: an-
nunciabo veritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixisti in æternum misericor-
dia ædificabitur in cœlis: præparabitur ve-
ritas tua in eis.

Disposui testamentum electis meis: ju-
ravi David servo meo: usque in æternum
præparabo semen tuum.

Et ædificabo in generatione & genera-
tionem: sedem tuam.

Confitebuntur cœli mirabilia tua, Do-
mine: etenim veritatem tuam in Ecclesia
sanctorum.

Quoniam quis in nubibus æquabitur Do-
mino: similis erit Deo in filiis Dei.

Deus, qui glorificatur in consilio san-
ctorum: magnus & terribilis super omnes,
qui in circuitu ejus sunt.

Dominus Deus virtutum, quis similis
tibi: potens es, Domine, & veritas tua
incircitu tuo.

Tu dominaris potestati maris: motum
autem fluetuum ejus tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratum super-
bum: in brachio virtutis tuæ dispersisti in-
imicos tuos.

Tui sunt cœli, & tua est terra: Orbem
terræ & plenitudinem ejus tu fundasti: A-
quilonem & mare tu creâsti.

Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt : tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua , & exaltetur dextra tua : justitia & judicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia & veritas præcedent faciem tuam : beatus populus , qui scit jubilacionem.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt: & in nomine tuo exultabunt totâ die: & in justitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es ; & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra : & sancti Israël Regis nostri.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis : & dixisti , posui adjutorium in potente : & exaltavi electum de plebe mea.

Inveni David servum meum : oleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei : & brachium meum confirmabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo : & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam à facie ipsius inimicos ejus : & odientes eum in fugam convertam.

Ec

Et veritas mea & misericordia mea cum ipso : & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus & in fluminibus dexteram ejus.

Ipse invocabit ; pater meus es tu : Deus meus & susceptor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum : excelsum præ regibus terræ.

In æternum servabo illi misericordiam meam : & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semen ejus : & thronum ejus sicut dies cœli.

Si autem non dereliquerint filii ejus legem meam : & in judiciis meis non ambulaverint.

Si justicias meas prophanaverint ; & mandata mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitatem eorum : & in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo : Neque nocebo in veritate mea.

Neque prophanabo testamentum meum : & , quæ precedunt de labiis meis , non faciam irrita.

Semel juravi in sancto meo , si David mentiar : semen ejus in æternum manebit.

Et thronus ejus sicut sol in conspectu
meo: & sicut luna perfecta in æternum:
& testis in cœlo fidelis.

Tu verò repulisti & despexisti: distulisti
Christum meum.

Avertisti testamentum servi tui: prophâ-
nasti in terra sanctuarium ejus.

Destruxisti omnes sepes ejus: posuisti
firmamentum ejus formidinem.

Dirupuerunt eum omnes transeuntes
viam: factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltâsti dexteram deprimentium eum:
lætificâsti omnes inimicos ejus.

Avertisti adjutorium gladii ejus: & non
es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eum ab emundatione: & se-
men ejus in terra collisiisti:

Minorasti dies temporis ejus: perfudisti
eum confusione.

Usquequo Domine avertis in finem:
exardescet sicut ignis ira tua.

Memorare, quæ mea substantia: num
quid enim vanè constituisti omnes filios
hominum.

Quis est homo, qui vivet, & non vide-
bit mortem: eruet animam suam de manu
inferni.

Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Do-
mine: Sicut jurâsti David in veritate tua.

Me-

Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium.

Quod exprobraverunt inimici tui, Domine: quod exprobraverunt commutationem Christi tui.

Benedictus Dominus in æternum: Fiat,

fiat.

Gloria Patri &c.

Psal. 95.

Cantate Domino canticum novum:
Cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: annunciate de die in diem salutare ejus.

Annunciate inter gentes gloriam ejus: in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes Dij gentium dæmonia: Dominus autem celos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus: Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium: Afferte Domino gloriam & honorem: Afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: Adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Com-

Commovereatur à facie ejus universa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur: judicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli, & exultet terra: commoveatur mare, & plenitudo ejus: gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua.

Gloria Patri &c.

Psal. 97.

Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus: & brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium revelavit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ: & veritatis suæ domui Israël.

Viderunt omnes termini terræ: salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra: Cantate & exultate & psallite.

Psal-

Pſallite Domino in cithara: in cithara
& voce psalmi: in tubis ductilibus, & vo-
ce tubæ cornex.

Jubilate in conspectu regis Domini: mo-
veatur mare & plenitudo ejus: Orbis ter-
rarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu: simul mon-
tes exultabunt à conspectu Domini: quo-
niā venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia: &
populos in æquitate.

Gloria Patri &c.

In
Festo Paschatos.

Ad Matutinas.

Pſal. I.

Beatū vir, qui non abiit in consilio
impiorum: & in via peccatorum non
stetit: & in cathedra pestilentiæ non sedit.

Sed in lege Domini voluntas ejus: &
in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum, quod planta-
tum est secus decursus aquarum: quod
fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium ejus non defluet: & omnia,
quæcunque faciet, prosperabuntur.

Non

Non sic impii, non sic: sed tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ.

Ideo non resurgent impii in iudicio: neque peccatores in consilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.

Psal. 2.

Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania.

Astiterunt reges terræ, & principes convenierunt in unum adversus Dominum: & adversus Christum eius.

Dirumpamus vincula eorum: & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cœlis, irridebit eos: & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo: super Syon montem sanctum ejus: prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: Ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.

Reges ejus in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini, qui judicatis terram.

Ser-

Servite Domino in timore: & exultate
ei in tremore.

Apprehendite disciplinam, ne quando
irascatur Dominus: & pereatis de via iusta,

Cum exarserit in brevi ira ejus: beati o-
mnes, qui confidunt in eo.

Gloria Patri &c.

Psal. 3.

Domine, quid multiplicati sunt, qui
tribulant me: multi insurgent adver-
sum me.

Multi dicunt animæ meæ: non est salus
ipſi in Deo ejus.

Tu autem, Domine, susceptor meus es:
gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dominum clamavi: & ex-
audivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum, & exfur-
rexi: quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis
me: exsurge, Domine, salvum me fac,
Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversan-
tes mihi sine causa: dentes peccatorum
contrivisti.

Domini est salus: & super populum tu-
um benedictio ejus.

Gloria Patri &c.

B

In

In
Festo Pentecostes.

Ad Matutinas.

Psal. 47.

Magnus Dominus & laudabilis nimis:
in civitate Dei nostri, in monte san-
cto suo.

Fundatur exultatione universæ terræ:
mons Syon latera aquilonis civitas regis
magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur: cum
suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati
sunt: convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, contur-
bati sunt, commoti sunt: tremor appre-
hendit eos.

Ibi dolores & parturientes: in spiritu ve-
hementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civita-
te Domini virtutum, in civitate Dei no-
stri: Deus fundavit eam in æternum.

Suscepimus, Deus, misericordiam tuam:
in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic & laus
tua in fines terræ: justitia plena est dexte-
ratua.

Lx-

Lætetur mons Syon, & exultent filii
Judæ: propter judicia tua, Domine,
Circumdate Syon, & amplectimini eam:
narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: &
distribuite domos ejus, ut enarretis in pro-
genie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in
æternum, & in seculum seculi; ipse reget
nos in secula.

Gloria Patri &c.

Psal. 67.

EXsurgat Deus, & dissipentur inimici
ejus: & fugiant, qui oderunt eum à
facie ejus.

Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit
ceta à facie ignis: sic pereant peccatores
à facie Dei.

Et justi epulentur, & exultent in con-
spectu Dei: & delectentur in lætitia.

Cantate DEO, psalmum dicite nomini
ejus: iter facite ei, qui ascendit super oc-
casum: Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu ejus: turbabun-
tur à facie ejus, patris orphanorum, & ju-
dicis viduarnm.

Deus in loco sancto suo: Deus, qui in-
habitare fecit unius moris in domo.

Qui educit vincitos in fortitudine; simi-

liter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus, cum egredieris in conspectu populi: cum pertransieris in deserto.

Terra mota est etenim cœli distillaverunt à facie Synai: à facie Dei Israël.

Pluviam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti.

Animalia tua habitabunt in ea: parâsti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbum evangelizantibus: virtute multa.

Rex virtutum dilecti, dilecti: & speciei domus dividere spolia.

Si dormiatis inter medios clerós pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorfi ejus in pallore auri.

Dum discernit cœlestis reges super eam nive de albabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid suspicamini montes coagulatos.

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium: Dominus in eis in Sy-nai in sancto.

Ascen-

Ascendisti in altum, cepisti captivitatem:
accepisti dona in hominibus.

Etenim non credentes: in habitare Do-
minum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie: pro-
sperum iter faciet nobis Deus salutarium
nostrorum.

Deus noster, Deus salvos faciendi: &
Domini Dei exitus mortis.

Veruntamen Deus confringet capita ini-
micorum suorum; verticem capilli peram-
bulantium in delictis suis.

Dixit Dominus ex Basan convertam:
confertam in profundum maris.

Ut intingatur pes tuus in sanguine: lin-
gua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus: ingre-
sus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto.

Prævenerunt principes conjuncti psal-
lentibus: in medio juvencularum tympa-
nistriarum.

In Ecclesiis benedicite Deo: Domino de
fontibus Israël.

Ibi Benjamin adolescentulus: in montis
excessu.

Principes Juda Duces eorum: Principes
Zabulon & Principes Naphtalim.

Manda Deus virtuti tua: confirma hoc
Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Hierusalem; tibi offe-
rent reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio
taurorum in vaccis populorum: ut exclu-
dant eos, qui probati sunt argento.

Disipa gentes, quæ bella volunt, ve-
nient legati ex Ægypto: Æthiopia præve-
nient manus ejus Deo.

Regna terræ cantate Deo: Psallite Do-
mino.

Psallite Deo: qui ascendit super cœlum
cœli ad orientem,

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis: da-
te gloriam Deo super Israël: magnificen-
tia ejus, & virtus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israël
ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi
suæ: benedictus Deus.

Psal. 103.

Benedic anima mea Domino: Domi-
ne DEUS meus magnificatus es vehe-
mentur.

Confessionem & decorem induisti: ami-
ctus lumine sicut vestimento.

Extendens cœlum sicut pellem: qui le-
gis aquis superiora ejus.

Qui ponis nubem ascensum tuum: qui
ambulas super pennas ventorum.

Qui facis angelos tuos spiritus: & mini-
stros tuos ignem urientem, Qui

Qui fundasti terram stabilitatem suam:
non inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut vestimentum amictus ejus:
super montes stabunt aquæ.

Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui formidabunt.

Ascendunt montes, & descendunt campi: in locum, quem fundasti eis.

Terminus posuisti, quem non transgredientur: neque convertentur operire terram.

Qui emittis fontes in convallibus: inter medium montium per transibunt aquæ.

Potabunt omnes bestiæ agri: exspectabunt onagri in siti sua.

Super ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

Rigans montes de superioribus: de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Producens fœnum jumentis: & herbam servituti hominum.

Ut educas panem de terra: & vinum lœtificet cor hominis.

Ut exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi: & Cedri Libani: quas plantavit: illic passeres nidificabunt.

Herodii domus dux est eorum montes excelsi cervis: petra refugium erinaceis.

Fecit Lunam in tempora: Sol cognovit occasum suum.

Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ sylvæ.

Catuli leonum rugientes, ut rapiant: & querant à Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.

Exhibit homo ad opus suum: & ad operationem suam usque ad vesperam.

Quam magnificata sunt opera tua, Domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tuâ.

Hoc mare magnum & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.

Animalia pusilla cum magnis: illic naves pertransibunt.

Draco iste, quem formasti ad illudendum ei: omnia à te exspectant, ut des illis escam in tempore.

Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam omnia replebuntur bonitate.

Avertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient: & in pulverem suum revertentur.

Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renovabis faciem terræ.

Sit gloria Domini in seculum: lætabitur Dominus operibus suis.

Qui

Qui respicit terram, & facit eam tremere : qui tangit montes, & fumigant.

Cantabo Domino in vita mea; Psallam Deo meo, quādīu sum.

Jucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.

Deficiant peccatores à terra, & iniquita, ut non sint: benedic anima mea Dominus.

Canticum

Ambrosij & Augustini.

TE Deum laudamus, te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi cœli & universæ potestates.

Tibi Cherubim & Seraphim incessabili voce proclamat.

Sanctus : Sanctus : Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli & terra: Majestatis gloria tua.

Te gloriosus Apostolorum Chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia,

Patrem immensæ majestatis.

Venerandum tuum verum & unicum filium.

Sanctum quoque paracletum Spiritum.

Tu Rex Gloriarum Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dextram Dei sedes in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Altera Pars.

Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis nos gloria munerari.

Salvum fac populum tuum, Domine, & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.

Dignare, Domine, die isto, sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speramus in te.

In

In te, Domine, speravi, non confundar in æternum,

Psalmi ad Laudes.

Psal. 92.

Dominus regnavit, decorem induitus est: induitus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ: qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc: à seculo tu es. Elevaverunt flumina, Domine: elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos: à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo, Domine: in longitudine dierum.

Gloria Patri &c.

Psal. 99.

Jubilate Deo omnis terra: servite Dominum in latitia.

Introite in conspectu ejus: in exultatione.

Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Po-

Populus ejus, & oves pascuæ ejus: introite portas ejus in confessione: atria ejus in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen ejus, quoniam suavis est Dominus: in æternum misericordia ejus: & usque in generatione & generationem veritas ejus.

Psal. 62.

Deus, Deus meus: ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea: quæ multiplicer tibi caro mea.

In terra deserta & in via et in aquosa: sic in sancto apparui tibi: ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tua levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & in labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui semper stratum meum: in matutinis meditabor in te: quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo: adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi verò invanum quesierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ: traden-

dentur in manus gladii: partes vulpium erunt.

Rex verò latabitur in Deo: laudabuntur omnes, qui jurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Continuatur sine Gloria.

Psal. 66.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: quoniam judicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Benedicite omnia opera Domini Dominum: laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicte cœli Domino.

Be-

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol & luna Domino: benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: benedicite omnis Spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino; benedicite frigus & æstas Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino: benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet & superexaltet eum in secula.

Benedicite montes & colles Domino: benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete & omnia, quæ moventur in aquis Domino: benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israël Dominum: laudet & superexaltet eum in secula.

Be-

Benedicite sacerdotes Domini Domino:
benedicite servi Domini Domino.

Benedicite Spiritus & anima iustorum
Domino: benedicite sancti humiles corde
Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misaël Do-
minum: laudate & superexaltate eum in
secula.

Benedicamus Patrem & Filium cum san-
cto Spiritu: laudemus & superexalte mus
eum in secula.

Benedictus es, Domine, in firmamen-
to cœli: laudabilis & gloriosus & super-
exaltatus in secula.

Sine Glora cantatur.

Psal. 148.

Laudate Dominum de cœlis: laudate
eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus; laudate
eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna: laudate eum
omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ,
quæ super cœlos sunt: laudent nomen Do-
mini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse man-
davit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in seculum
seculi: præceptum posuit, & non præ-
teribit.

Lau-

Laudate Dominum de terra; dracones & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum; quæ faciunt verbum ejus.

Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ & universa pecora: serpentes & volucres pennatæ.

Reges terræ & omnes populi: Principes & omnes Judices terræ.

Juvenes & virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum & terram: & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: filius Israël populo appropinquanti sibi.

Continuatur sine Gloria.

Psal. 149.

Cantate Domino canticum novum: laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israël in eo: & Filii Syon exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in Choro: in Tympano & Psalterio psallent ei.

Qui beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltavit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Exul-

Exultationes Dei in gutture eorum : & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus : increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in comedibus : & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Continuatur sine gloria.

Psal. 150.

LAUDATE Dominum in sanctis eius : laudate eum in firmamento virtutis eius
in Laudate eum in virtutibus eius : laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ : Laudate eum in Psalterio & Cithara,

Laudate eum in Tympano & Choro : laudate eum in Chordis & Organo.

Laudate eum in Cymbalis bene sonantibus : Laudate eum in Cymbalis jubilacionis ; omnis Spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri &c.

Hymnus.

ACcende lumen sensibus : infunde amorem cordibus : infirma nostri corporis : virtute firmans perpetim.

C

Ho-

Hostem repellas longius: pacemque dones protinus: ductore sic te prævio: vitemus omne noxiun.

Per te sciamus da Patrem: noscamus atque Filium: te utriusque Spiritum: credamus omni tempore, Amen.

Canticum Zacharie.

Benedictus Dominus Deus Israël: quia visitavit & fecit redēptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui à seculo sunt Prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium, qui oderunt nos

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis,

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

In sanctitate & justitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præbis enim ante faciem Domini: parare vias eius.

Ad

Ad dandam scientiam salutis plebi eius:
in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: in
quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris & in um-
bra mortis sedent: ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis.

Gloria Patri &c.

Sequuntur

Hymni & Psalmi,

Ad

Tertiam, Sextam ac Nonam.

Hymnus

Ferialibus Diebus

Ad Tertiam.

Nunc sanete nobis Spiritus: unum Pa-
tri cum Filio: dignare promptus inge-
ri: nostro refusus pectori.

Os, lingua, mens, sensus, vigor: Con-
fessione personet: flammescat igne chari-
tas: accendat ardor proximos.

Præsta Pater piissime: patrique compar
unice: cum Spiritu paracleto; regnans per
omne seculum, Amen.

C 2

Le-

L Egem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum: & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: & non in avaritiam.

Averte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua vivifica me.

Statue servo tuo eloquium tuum: in timore tuo.

Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: quia judicia tua jucunda.

Ecce concupivi mandata tua: in aequitate tua vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua, Domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speravi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usque quaque: quia in judiciis tuis super speravi.

Et custodiam legem tuam semper: in seculum & in seculum seculi.

Et

Et ambulabam in latitudine: quia man-
data tua exquisivi.

Et loquebar de testimo*n*iis tuis in con-
spectu regum: & non confundebar.

Et meditabam: in mandatis tuis, quæ di-
lexi.

Et levavi manus meas ad mandata tua,
quæ dilexi: & exercebor in justificationi-
bus tuis.

Gloria Patri &c.

MEmor esto verbi tui servo tuo: in quo
mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea:
quia eloquium tuum vivicasit me.

Superbi inique agebant usque quaque:
à lege autem tua non declinavi.

Memor fui judiciorum tuorum à seculo,
Domine: & consolatus sum.

Defectio tenuit me pro peccatoribus:
derelictus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justifications tuæ:
in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui, Domine:
& custodivi legem tuam.

Hæc facta est mihi: quia justifications
tuas exquisivi.

Portio mea, Domine: dixi custodire le-
gem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto
corde meo: miserere mei secundum elo-
quium tuum.

Cogitavi vias meas: & converti pedes
meos in testimonia tua.

Paratus sum et non sum turbatus: ut
custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me:
& legem tuam non sum oblitus.

Mediâ nocte surgebam ad confitendum
tibi: super judicia justificationis tux.

Particeps sum ego omnium timentium
te: & custodientium mandata tua.

Misericordia tua, Domine, plena est ter-
ra: justificationes tuas doce me.

Gloria Patri &c.

Bonitatem fecisti cum servo tuo, Do-
mine: secundum verbum tuum.

Bonitatem & disciplinam & scientiam do-
ce me: quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer ego deliqui: pro-
pterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu, & in bonitate tua doce me:
justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas super-
borum: ego autem in toto corde meo
scrutabor mandata tua.

Coa-

Coagulatum est, sicut lac cor eorum:
ego verò legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi, quia humiliasti me: ut
discam justifications tuas.

Bonum mihi lex oris tui: super millia
auri & argenti.

Manus tuæ, Domine, fecerunt me &
plasmaverunt me: da mihi intellectum, ut
discam mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, & læta-
buntur: quia in verba tua supersperavi.

Cognovi, Domine, quia æquitas judi-
cia tua: & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua, ut consoletur me:
secundum eloquium tuum servo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, & vi-
vam: quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia injustè ini-
quitatem fecerunt in me: ego autem exer-
cēbor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te: & qui
noverunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justifi-
cationibus tuis: ut non confundar.

Gloria Patri &c.

Hymnus
Ferialibus Diebus

Ad Sextam.

Rector potens, verax Deus: qui tem-
po-

poras rerum vices : splendore mane instruis : & ignibus meridiem.

Extingue flamas litium : aufer calorem noxiūm : confer salutem corporūm : veramque pacem cordium.

Præsta Pater piissime &c.

Psalmi ad Sextam.

Defecit in salutare tuum anima mea : & in verbum tuum supersperavi.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum : dicentes, quando consolaberis me.

Quia factus sum, sicut ute in pruina : justificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui : quando facies de persequentibus me judicium.

Narraverunt mihi iniqui fabulationes : sed non ut lex tua.

Omnia mandata tua veritas : iniqui persecuti sunt me, adjuva me.

Paulominus consummaverunt me in terra : ego autem non de reliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam vivifica me : & custodiam testimonia oris tui.

In æternum Domine : verbum tuum permanet in Cœlo.

In generatione & generationem veritas tua : fundasti terram, & permanet.

Or-

Ordinatione tuâ perseverant dies: quoniam omnia serviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc fortè periissim in humilitate mea.

In æternum non obliviscar justifications tuas: quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac; quoniam justificationes tuas exquisivi.

Me exspectaverunt peccatores, ut perderunt me: testimonia tua intellexi.

Omnis consumationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Gloria Patri &c.

Quomodo dilexi legem tuam, Domine: totâ die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: quia mandata tua quæsivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: ut custodiam verba tua.

A judiciis tuis non declinavi: quia tu legem posuisti mihi.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.

C s

A

A mandatis tuis intellexi : propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum : & lumen semitis meis.

Juravi & statui : custodire judicia justitiae tuæ.

Humiliatus sum usque quaque : Domine vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine : & judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper : & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi : & de mandatis tuis non erravi.

Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum : quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas justifications tuas in æternum : propter retributionem, Gloria Patri &c.

INQUOS odio habui : & legem tuam dilexi.

Adjutor & susceptor meus es tu : & in verbum tuum supersperavi.

Declinate à me maligni : & scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum , & vivam : & non confundas me ab expectatione mea.

Adju-

Adjuva me, & salvus ero: & meditabor in justificationibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes à justitiis tuis: quia injusta est cogitatio eorum.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

Feci iudicium & justitiam: non tradas me calumniantibus me.

Suscipe servum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium justitiae tuae.

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam: & justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego, da mihi intellectum: ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi Domine: dissipaverunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua: super aurum & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Gloria Patri &c.

Hy.

Hymnus
Ferialibus Diebus

Ad Nonam.

Rerum Deus tenax vigor : immotus in te permanens : lucis diurnæ tempora : successibus determinans.

Largire clarum vespere : quo vita nusquam decidat : sed præmium mortis sacræ perennis instet gloriâ.

Præsta Pater piissime &c.

Mirabilia testimonia tua : ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat : & intellectum dat parvulis.

Os meum aperui , & attraxi Spiritum : quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me , & miserere mei : secundum judicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum : & non dominetur mei omnis injustitia.

Redime me à calumniis hominum : ut custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super servum tuum : & doce me justificationes tuas.

Exodus aquarum deduxerunt oculi mei : quia non custodierunt legem tuam.

Ju-

Justus es, Domine: & rectum judicium tuum.

Mandasti justitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit Zelus meus: quia obliiti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & servus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego & contemtus: justificationes tuas non sum oblitus.

Justitia tua justitia in æternum: & lex tua veritas.

Tribulatio & angustia in venerunt me: mandata tua meditatio mea est.

Æquitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & vivam.

Gloria Patri &c.

Clamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine: justificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, salvum me fac: ut custodiam mandata tua.

Præveni in maturitate, & clamavi: quia in verba tua supersperavi.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam, Domine: & secundum judicium tuum vivifica me.

Ap-

Appropinquaverunt persequentes me
iniquitati : à lege autem tua longè facti
sunt.

Prope es tu , Domine : & omnes viæ
tuæ veritas.

Initio cognovi de testimonijis tuis : quia
in æternum fundâsti ea.

Vide humilitatem meam . & eripe me :
quia legem tuam non sum oblitus.

Judica judicium meum , & redime me:
propter eloquium tuum vivifica me.

Longè à peccatoribus salus : quia justi-
ficationes tuas non exquisierunt.

Misericordiæ tuæ multæ , Domine : se-
cundum judicium tuum vivifica me.

Multi , qui persequuntur me , & tribu-
ant me : à testimonijis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes , & tabesceram : quia
eloquia tua non custodierunt.

Vide , quoniam mandata tua dilexi ,
Domine : in misericordia tua vivifica me.

Principium verborum tuorum veritas :
in æternum omnia iudicia justiciæ tuæ.

Gloria Patri &c.

Principes persecuti sunt me gratis: &
à verbis tuis formidavit cor meum.
Latabor ego super eloquia tua: sicut qui
invenit spolia multa.

In-

Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi; super judicia justitiae tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.

Exspectabam salutare tuum, Domine: & mandata tua dilexi.

Custodivit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Servavi mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine: juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me justificationes tuas.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas.

Fiat manus tua, ut salvet me: quoniam mandata tua elegi.

Concupivi salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.

Vivet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adjuvabunt me.

Erravi sicut ovis, quæ perii: quæ seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Gloria Patri &c. Se-

Sequuntur
Psalmi & Hymni

Ad

Vesperas per Hebdomadem.

Dominico Die

Psalmi ad Vesperas.

Psal. 109.

Dixit Dominus Domino meo : sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos : scabelum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuę emittet Dominus ex Syon : dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuę in splendoribus sanctorum : ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non pœnitabit eum : tu es sacerdos in æternum : secundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis : confregit in die iræ suę reges.

Judicabit in nationibus implevit ruinas : conquassabit capita in terra multorum.

Detorrente in via bibet : propterea exaltabit caput.

Gloria Patri &c.

PL.

Psal. 110.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde
meo: in consilio iustorum & congrega-
tione.

Magna opera Domini: exquisita in o-
mnes voluntates eius.

Confessio & magnificentia opus eius: &
iustitia eius manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilem suorum mi-
sericors & miserator Dominus: escam de-
dit timentibus se.

Memor erit in seculum testamenti sui:
virtutem operum suorum annunciat po-
pulo suo.

Ut det illis hæreditatem gentium: ope-
ra manuum eius veritas & judicium.

Fidelia omnia mandata eius, confirmata
in seculum seculi: facta in veritate & æ-
quitate.

Redemptionem misit Dominus populo
suo: mandavit in æternum testamentum
suum.

Sanctum & terribile nomen eius: ini-
tiū sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus
eum: laudatio ejus manet in seculum se-
culi.

Gloria Patri &c.

D

Psal.

Psal. III.

Beat us vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: genera-
tio rectorum benedicetur.

Gloria & divitiae in domo ejus: & justi-
tia ejus manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis:
misericors & miserator & justus.

Jucundus homo, qui miseretur & com-
modat, disponet sermones suos in judicio:
quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus: ab audi-
tione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in Domino:
confirmatum cor ejus non commovebitur:
donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: justitia eius
manet in seculum seculi: cor eius exalta-
bitur in gloria.

Peccator videbit & irascetur: dentibus
suis fremer & tabescet: desiderium pecca-
torum peribit. Gloria Patri &c.

Psal. II2.

LAUDE pueri Dominum: laudate no-
men Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc
nunc & usque in seculum,

A

A foliis ortu usque ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus:
& super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cœlo & in terra.

Suscitans à terra in opem: & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo:
matrem filiorum lætantem.

Psal. 113.

In exitu Israël de Ægypto: domus Jacob
de populo barbaro.

Facta est Iudaæa sanctificatio ejus: Israël
potestas ejus.

Mare vidit & fugit: Jordanis conversus
est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes: & colles
sicut agni ovium.

Quid est tibi mare, quod fugisti: & tu
Jordanis, quia conversus es retrorsum.

Montes exultasti sicut arietes: & colles
sicut agni ovium.

A facie Domini mota est terra: à facie
Dei Jacob.

Qui convertit petram in stagna aquarum;
& rupem in fontes aquarum.

D₂

Non

Non nobis, Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordia tua & veritate tua: ne quando dicant gentes, ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in cœlo: omnia quæcunque voluit, fecit.

Simulacra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: narres habent, & non adorabunt.

Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israël speravit in Domino: adjutor eorum & protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino: adjutor eorum & protector eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: adjutor eorum & protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.

Benedixit domui Israël: benedixit domui Aaron.

Bene-

dom

zG

Benedixit omnibus, qui timent Dominum:
pusillis cum majoribus.

Adjiciat Dominus super vos: super vos
& super filios vestros.

Benedicti vos Domino: qui fecit cœ-
lum & terram.

Cœlum cœli Domino: terram autem de-
dit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te Domine: ne-
que omnes, qui descendunt in infernum.

Sed nos, qui vivimus, benedicimus Do-
mino: ex hoc nunc & usque in seculum.

Gloria Patri &c.

Hymnus.

Lucis Creator optime: lucem dierum
proferens: primordiis lucis novæ:
mundi parans originem.

Qui mane junctum vesperi: diem voca-
ri præcipis: tetur chaos illabitur: audi
preces cum fletibus.

Ne mens gravata criminis: vitæ sit exul-
munere: dum nil perenne cogitat: fese-
que culpis illigat.

Cœlorum pulset intimum: vitale tollat
præmium: vitemus omne noxiū: pur-
gemus omne pessimum.

Præsta pater piissime: Patrique compar
unice: cum Spiritu paracleto: regnans
per omne seculum. Amen.

D 3

Fe-

Feriâ Secundâ.

Psalmi

Ad Vesperas.

Psal. 114.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus:
vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem suam mihi: & in
diebus meis invocabo te.

Circumdederunt me dolores mortis: &
pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem & dolorem inveni: &
nomen Domini invocavi.

O Domine libera animam meam misericors
Dominus & justus: & Deus noster
miseretur.

Custodiens parvulos Dominus: humiliatus sum & liberavit me.

Convertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte:
oculos meos à lacrymis; pedes meos à
lapsu.

Placebo Domino: in regione vivorum.

Gloria Patri &c.

Psal. 115.

Credidi propter quod locutus sum: ego
autem humiliatus sum nimis.

Ego

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus,
qui retribuit mihi.

Calicem salutaris accipiam: & nomen
Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni
populo ejus: pretiosa in conspectu Domi-
ni: mors sanctorum ejus:

O Domine, quia ego servus tuus: ego
servus tuus & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo
hostiam laudis: & nomen Domini invo-
cabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu
omnis populi ejus: in atriis domus Domi-
ni: in medio tui Hierusalem.

Gloria Patri &c.

Psal. 116.

LAUDATE Dominum omnes gentes: lau-
date eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos mi-
sericordia ejus: & veritas Domini manet
in æternum. Gloria Patri &c.

Psal. 119.

AD Dominum cum tribularer, clamavi:
& exaudivit me.

Domine, libera animam meam à labiis
iniquis: & à lingua dolosa.

D 4

Quid

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Gloria Patri &c.

Psal. 120.

Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cœlum & terram,

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protec-tio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: cu-stodiatur animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in se-culum.

Gloria Patri &c.

Hy-

Hymnus.

IMmense cœli conditor: qui mixta ne
confunderes: aquæ fluenta dividens:
cœlum dedisti limitem.

Firmans locum cœlestibus: simulque ter-
ræ rivulis: ut unda flamas temperet: ter-
ræ solum ne dissipet.

Infunde nunc piissime: donum perennis
gratiæ: fraudis novæ ne casibus: nos er-
ror atterat vetus.

Lucem fides inveniat: sic luminis jubar
ferat: hæc vana cuncta terreant: hanc falsa
nulla comprimant.

Præsta Pater piissime: patrique compar
unice: cum Spiritu paracleto: regnans
per omne seculum. Amen.

Feriâ Tertiâ.**Psalmi.***Ad Vesperas.***Psal. 121.**

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mi-
hi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis
Hierusalem.

Hierusalem, quæ ædificatur ut civitas:
cujus participatio eius in idipsum,

D 5

Illuc

Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini: testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio: sedes super domum David.

Rogate, quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæsivi bona tibi.

Gloria Patri &c.

Psal. 122.

AD te levavi oculos meos: qui habitat in Cœlis.

Ecce sicut oculi servorum: in manibus Dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum: donec misereatur nostri.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri: quia multūm repleti sumus despectione.

Quia multūm repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus: & despectio superbis.

Gloria Patri &c.

Psal.

Psal. 123.

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël: nisi quia Dominus erat in nobis.

Cum exsurerent homines in nos: forte vivos deglutiissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransivit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra: aquam in tolerabilem.

Benedictus Dominus, qui non dedit nos: in captionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erecta est: de laqueo venantium.

Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in nomine Domini: qui fecit cœlum & terram.

Gloria Patri &c.

Psal. 124.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Syon: non commovebitur in æternum: qui habitat in Hierusalem.

Montes in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & usque in seculum.

Quia non relinquet Dominus virgam pec-

peccatorum super sortem justorum: ut non extendant justi ad iniuriam manus suas.

Benefac, Domine: bonis & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniuriam: pax super Israël.

Gloria Patri &c.

Psal. 125.

IN convertendo Dominus captivitatem Syon: facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.

Converte, Domine, captivitatem nostram: sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrymis: in exultatione metent.

Eunt ibant & flebant: mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos.

Gloria Patri &c.

Hymnus.

TElluris ingens conditor: mundi solum

lum qui eruens : pulsis aquæ molestiis :
terram dedisti immobilem.

Ut germen aptum proferens : fulvis de-
cora floribus : fœcunda fructu sisteret : pa-
stumque gratum redderet.

Mentis perustæ vulnera : mundavi rore
gratiæ : ut facta fletu diluat : motusque
pravos atterat.

Jusfis tuis obtemperet : nullis malis ap-
proximet : bonis repleri gaudeat : & mor-
tis actus nesciat.

Præsta pater piissime : patrique compar
unice : cum Spiritu paracleto : regnans
per omne seculum. Amen.

Feriâ Quartâ,

Psalmi

Ad Vesperas.

Psal. 126.

Nisi Dominus ædificaverit domum : in-
vanum laboraverunt, qui ædificant
eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem : fru-
stra vigilat, qui custodiat eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere :
surgite postquam federitis ; qui mandu-
catis panem doloris. Cum

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce
hæreditas Domini: filii merces fructus ven-
tris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii
excusorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium
suum ex ipsis: non confundetur, cum lo-
quetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri &c.

Psal. 127.

BEATI omnes, qui timent Dominum:
qui ambulant in viis ejus.

Labores manum tuarum quia mandu-
cabis: beatus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans: in late-
tibus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum: in cir-
citu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicitur homo: qui time.
Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Syon: & vi-
deas bona Hierusalem: Omnibus diebus
vitæ tuæ.

Et videoas filios filiorum tuorum: pacem
super Israël.

Gloria Patri &c.

Psal. 128.

SÆPE expugnaverunt me à juventute
mea: dicat nunc Israël. Sa-

Sæpe expugnaverunt me à juventute
mea: etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricaverunt pec-
catores : prolongaverunt iniquitatem su-
am.

Dominus justus concidet cervices pec-
catorum : confundantur & convertantur
retrotsum: omnes , qui oderunt Syon.

Fiant sicut fœnum tectorum : quod ,
priusquam evellatur , exaruit.

De quo non implebit manum suam, qui
mittit: & sinum suum, qui manipulos col-
ligit.

Et non dixerunt, qui præteribant bene-
dictio Domini super vos: benediximus
vobis in nomine Domini.

Gloria Patri &c.

Psal. 129.

DE profundis clamavi ad te, Domine:
Domine , exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem
deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris , Domine:
Domine , quis sustinebit.

Quia apud te propitiatio est: & propter
legem tuam sustinuite, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: spe-
ravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem:
speret Israël in Domino. Quia

Quia apud Dominum misericordia : & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël : ex omnibus ini-quitatibus ejus.

Gloria Patri &c.

Psal. 130.

Domine, non est exaltatum cor meum : neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis : neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam : sed exal-tavi animam meam.

Sicut abla&tatus est super matre sua : ita retributio in anima mea.

Speret Israël in Domino : ex hoc nunc & usque in seculum.

Gloria Patri &c.

Hymnus.

Coeli DEUS Sanctissime : qui lucidum centrum poli : candore pinguis igneo : augens decoro lumine.

Quarto die qui flammeam : solis rotam constituens : lunæ ministrans ordini : vagosque cursus siderum.

Ut noctibus vel luminis : direptionis terminum : primordiis & mensium : signum dares notissimum.

Illumina cor hominum absterge fordes mentium : resolve culpæ vinculum : ever-te moles criminum,

Præ-

Præsta Pater piissime : patrique compar
unice : cum spiritu paracleto : regnans
per omne seculum.

Feriâ Quintâ

Psalmi

Ad Vesperas.

Psal. 131.

Memento, Domine, David: & omnis
mansuetudinis ejus.

Sicut juravit Domino: votum vovit Deo
Jacob.

Si introiero in tabernaculum domus
meæ: si ascendero in lectum strati mei.

Si dedero somnum oculis meis: & pal-
pebris meis dormitionem.

Et requiem temporibus meis, donec in-
veniam locum Domino: tabernaculum
Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata: inve-
nimus eam in campis sylvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus: ad-
orabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Domine, in requiem tuam: tu &
arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitia: & san-
cti tui exultent.

E

Pro-

Propter David servum tuum: non averas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum: & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filii eorum usque in seculum: sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Syon: elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

Viduam ejus benedicens benedicam: pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam salutari: & sancti ejus exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David: paravi lucernam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Gloria Patri &c.

Pf. 132.

Ecce quam bonum & quam jucundum: habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite: quod descendit in barbam barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti ejus, sicut

sicut ros Hermon: qui descendit in mon-
tem Syon.

Quoniam illic mandavit Dominus bene-
ditionem: & vitam usque in seculum.

Gloria Patri &c.

Psal. 134.

LAUDATE nomen Domini: laudate servi
Dominum.

Qui statis in domo Domini: in atriis do-
mus Dei nostri.

Laudate Dominum, quia bonus Domi-
nus: psallite nomini eius, quoniam sua-
ve est.

Quoniam Jacob elegit sibi Dominus:
Israël in possessionem sibi.

Quia ego cognovi, quod magnus est
Dominus: & Deus noster præomnibus Diis.

Omnia quæcunque voluit, Dominus fe-
cit in cœlo & in terra: in mari & in omni-
bus abyssis.

Educens nubes ab extremo terræ: ful-
gura in pluviam fecit.

Qui producit ventos de thesauris suis:
qui percussit primogenita Ægypti: ab ho-
mine usque ad pecus.

Et misit signa & prodigia in medio tui
Ægyptæ: in Pharaonem & in omnes ser-
vos ejus.

Qui percussit gentes multas: & occidit
reges fortes.

E 2

Seon

Seon regem Amoreorum : & Og regem
Basan : & omnia regna Canaan.

Et dedit terram eorum hæreditatem :
hæreditatem Israël populo suo.

Domine nomen tuum in æternum : Do-
mine, memoriale tuum in generatione &
generationem.

Quia judicabit Dominus populum suum :
& in servis suis deprecabitur.

Simulâcra gentium argentum & aurum :
opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur : Oculos
habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient : neque
enim spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant, qui faciunt ea : & o-
mnes, qui confidunt in eis.

Domus Israël benedicite Domino : do-
mus Aaron benedicite Domino.

Domus Levi benedicite Domino : qui
timetis Dominum, benedicite Domino.

Benedictus Dominus ex Syon : qui ha-
bitat in Hierusalem.

Gloria Patri &c.

Psal. 135.

Confitemini Domino , quoniam bo-
nus : quoniam in æternum misericor-
dia ejus.

Confitemini Deo Deorum ; quoniam in
æternum misericordia ejus, Con-

Confitemini Domino Dominorum : quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui facit mirabilia magna solus : quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui fecit cœlos in intellectu : quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui firmavit terram super aquas : quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui fecit luminaria magna : quoniam in æternum misericordia ejus

Solem in potestatem diei : quoniam in æternum misericordia ejus.

Lunam & stellas in potestatem noctis : quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum : quoniam in &c.

Qui eduxit Israël de medio eorum : quoniam in æternum misericordia ejus.

In manu potenti & brachio excenso : quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui divisit mare rubrum in divisiones : quoniam in æternum misericordia ejus.

Et eduxit Israël per medium ejus : quoniam in æternum misericordia ejus.

Et excusfit Pharaonem & virtutem ejus in mari rubro : quoniam in æternum &c.

Qui traduxit populum suum per desertum : quoniam in æternum &c.

Qui percussit reges magnos : quoniam in æternum &c. E 3 Et

Et occidit reges fortes : quoniam in æternum misericordia ejus.

Seon regem Amoreorum : quoniam in æternum misericordia ejus.

Et Og regem Basan : quoniam &c.

Er dedit terram eorum hæreditatem : quoniam in æternum misericordia ejus.

Hæreditatem Israël servo suo : quoniam in æternum misericordia ejus.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri : quoniam in æternum &c.

Et redemit nos ab inimicis nostris : quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui dat escam omni carni : quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Deo cœli : quoniam &c.

Confitemini Domino Dominorum : quoniam in æternum misericordia ejus.

Gloria Patri &c.

Psal. 136.

Super flumina Babylonis illic sedimus & flevimus ; dum recordaremur Syon.

In salicibus in medio ejus : suspendimus organa nostra,

Qui illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos : verba cantionum.

Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis : de canticis Syon.

Quomodo cantabimus canticum Domini : in terra aliena.

Sie

Sic oblitus fuero tui Hierusalem; obli-
vioni detur dextera mea.

Adhærent lingua mea faucibus meis: Si
non meminero tui.

Si non proposuero Hierusalem: in prin-
cipio lætitiaz meæ.

Memor esto, Domine, filiorum Edom:
in die Hierusalem.

Qui dicunt: exinanite, exinanite; us-
que ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis misera: beatus, qui re-
tribuet tibi retributionem tuam: quam re-
tribuisti nobis.

Beatus, qui tenebit: & allidet parvulos
suos ad petram. Gloria Patri &c.

Hymnus.

Magnæ Deus potentiaz: qui ex aquis
mortum genus: partim remittis gurgi-
ti: partim levas in aëra.

Dimersa lymphis imprimens: subiecta
cœlis irrigans: ut stirpe una prodita: di-
versa rapiant loca.

Largire cunctis servulis: quos mundat
unda sanguinis: nescire lapsus criminum:
nec ferre mortis tedium.

Ut culpa nullum deprimat: nullum levet
jactantia: elisa mens ne concidat: elata
mens ne corruat.

Præsta Pater piissime, &c.

E 4

Feria

Feriâ Sextâ

Psalmi

Ad Vesperas.

Psal. 137.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde
meo: quoniam audisti omnia verba
oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi:
adorabo ad templum sanctum tuum, &
confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua & veritate tua:
quotiam magnificasti super omne nomen
sanctum tuum.

In quacunque die invocavero te, exau-
di me: multiplicabis in anima mea virtu-
tem.

Confiteantur tibi, Domine, omnes re-
ges terræ: quia audierunt omnia verba
oris tui.

Et cantent in viis Domini: quoniam
magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus & humilia
respicit: & alta à longè cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis
viviscabis me: & super iram inimicorum
meorum extendisti manum tuam: & sal-
vum me fecit dextera tua.

Do-

Dominus retribuet pro me Domine, misericordia tua in seculum: opera manum tuarum ne despicias. Gloria Patri &c.

Psal. 138.

Domine, probasti me, & cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam: & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam & funiculum meum investigasti.

Et omnes vias meas prævidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Domine, tu cognovisti omnia novissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Quò ibo à Spiritu tuo: & quò à facie tua fugiam?

Si ascendero in Cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades.

Si sumfero pennas meas diluculo: & habitavero in extremis maris.

Et enim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.

Et dixi forsitan tenebræ concubabunt me, & nox illuminatio mea: in deliciis meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, &

E 5

nox

nox sicut dies illuminabitur : sicut tenebrae
ejus , ita & lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos : suscep-
pisti me de utero matris meae.

Confitebor tibi , quia terribiliter mag-
nificatus es mirabilia opera tua : & anima
mea cognoscet nimis.

Non est occultatum os meum à te, quod
fecisti in occulto: & substantia mea in in-
ferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui:
& in libro tuo omnes scribentur: dies for-
mabuntur , & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici
tui D E U S : nimis confortatus est princi-
patus eorum.

Dinumerabo eos , & super arenam mul-
tiplicabuntur: exsurrexi , & adhuc sum te-
cum.

Si occideris Deus peccatores : viri san-
guinum declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione : accipient
in vanitate civitates suas.

Nonne , qui oderunt te , Domine , ode-
ram : & super inimicos tuos tabescerem.

Perfecto odio oderam illos : inimici
facti sunt mihi.

Proba me , Deus , & scito cor meum;
interroga me: & cognosce semitas meas.

Et

Et vide, si via iniuitatis in me est: &
deduc me in via æterna,
Gloria Patri &c.

Psal. 139.
Eripe me, Domine, ab homine malo:
à viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniuitates in corde:
totâ die constituebant prælia.

Actuerunt linguas suas sicut serpentes:
venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me, Domine, de manu pecca-
toris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus me-
os: absconderunt superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum: juxta
iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Domino, Deus meus es tu: exau-
di, Domine, vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine, virtus salutis meæ:
obumbrâssi super caput meum in die belli.

Non tradas me, Domine, à desiderio
meo peccatori: cogitaverunt contra me:
ne derelinquas me, ne fortè exalentur.

Caput circuitus eorum: labor labiorum
ipsorum operjet eos.

Cadent super eos carbones: in ignem
dejicies eos: in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra;
virum injustum mala capient in interitu,

Co-

Cognovi, quia faciet Dominus iudicium inopis: & vindictam pauperum.

Veruntamen justi confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo,

Gloria Patri &c.

Psal. 140.

Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone, Domine, custodiam ori meo: & ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiaz: ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audent verba mea, quoniam potuerunt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dif-

Disipata sunt ossa nostra secus infernum : quia ad te , Domine , Domine , oculi mei : in te speravi , non auferas animam meam .

Custodi me à laqueo , quem statuerunt mihi : & à scandalis operantium iniquitatem .

Cadent in retiaculo ejus peccatores : singulariter sum ego , donec transeam .

Gloria Patri &c.

Psal. 141.

Voce mè ad Dominum clamavi : voce mè ad Dominum deprecatus sum .

Effundo in conspectu ejus orationem meam : & tribulationem meam ante ipsum pronuncio .

In defiendo ex me Spiritum meum : & tu cognovisti semitas meas .

In via hac , quâ ambulabam ; absconderunt laqueum mihi .

Considerabam ad dexteram , & videbam : & non erat , qui cognosceret me .

Periit fuga à me : & non est , qui requirat animam meam .

Clamavi ad te , Domine : dixi , tu es spes mea : portio mea in terra viventium .

Intende ad depreciationem meam : quia humiliatus sum nimis .

Libera me à persequentiibus me : quia confortati sunt super me .

Educ

Educ de custodia animam meam ad contendum nomini tuo: me exspectant justi, donec retribuas mihi.

Gloria Patri &c.

Hymnus.

Plasmator hominis Deus: qui cuncta solus ordinans; humum jubes producere: reptantis & feræ genus.

Qua magna rerum corpora: dictu jubentis vivida: ut serviant per ordinem: subdens dedisti homini.

Repellas à servis tuis: quicquid per immundiciam: aut moribus se suggerit: aut actibus se intserit.

Da gaudiorum præmia: da gratiarum munera: dissolve litis vincula: astringe pacis fœdera.

Præsta Pater piissime: &c.

Sabbato

Psalmi

Ad Vesperas.

Psal. 143.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum.

Mise-

Misericordia mea & refugium meum:
susceptor meus & liberator meus.

Protector meus, & in ipso speravi: qui
subdit populum meum sub me.

Domine, quid est homo? quia innotuisti
ei: aut filius hominis? quia reputas eum?

Homo vanitati similis factus est: dies
eius sicut umbra prætereunt.

Domine inclina cœlos tuos, & descende:
tange montes, & fumigabunt.

Fulgura coruscationem & dissipabis eos:
emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto: eripe me,
& libera me de aquis multis: & de manu
filiorum alienorum.

Quorum os locutum est vanitatem: &
dextera eorum dextera iniquitatis.

Deus canticum novum cantabo tibi; in
Psalterio decachordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus: qui redemisti
David servum tuum: de gladio maligno
eripe me.

Et erue me de manu filiorum alieno-
rum: quorum os locutum est vanitatem:
& dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorum filii sicut novellæ plantationis:
à juventute sua.

Filiæ eorum compositæ: circum ornatæ
ut similitudo templi.

Prom-

Promptuaria eorum plena: eructantia
ex hoc in illud.

Oves eorum fœtosæ abundantes in e-
gressibus suis: boves eorum crassæ.

Non est ruina macerie, neque tran-
sus; neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum, cui hæc
sunt: beatus populus, cuius Dominus
Deus ejus.

Gloria Patri &c.

Psal. 144.

Exaltabo te, Deus meus rex: & bene-
dicam nomini tuo in seculum: & in
seculum seculi.

Per singulos dies benedicam tibi: & lau-
dabo nomen tuum in seculum: & in secu-
lum seculi.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis:
& magnitudinis ejus non est finis.

Generatio & generatio laudabit opera
tua: & potentiam tuam pronunciabunt.

Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ
loquentur: & mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent:
& magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriam abundantiaæ suavitatis tuæ
eructabunt: & justitia tua exultabunt.

Miserator & misericors Dominus: pa-
tiens & multum misericors.

Sua-

Suavis Dominus universis : & miserationes ejus super omnia opera ejus.

Confiteantur tibi omnia opera tua : & sancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent : & potentiam tuam loquentur.

Ut notam faciant filii hominum potentiam tuam : & gloriam magnificentię regni tui.

Regnum tuum regnum omnium seculorum : & dominatio tua in omni generatione & generationem.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis : & sanctus in omnibus operibus suis.

Allevat Dominus omnes , qui corruunt : & erigit omnes elisos.

Oculi omnium in te sperant , Domine : & tu das escam illorum in tempore opportuno.

Aperis tu manum tuam : & imples omnem animal benedictione.

Justus Dominus in omnibus viis suis : & sanctus in omnibus operibus suis

Prope est Dominus omnibus invocantibus eum: omnibus invocantibus eum in veritate.

Voluntatem timentium se faciet: & deprecationem eorum exaudiet : & salvos faciet eos.

Custodit Dominus omnes diligentes se:
& omnes peccatores disperdet.

Laudationem Domini loquetur os meum:
& benedicat omnis caro nomini sancto ejus in seculum:
& in seculum seculi.

Gloria Patri &c.

Psal. 145.

LAUDA anima mea Dominum: laudabo
Dominum in vita mea: psallam Deo
meo, quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus: in fi-
liis hominum, in quibus non est salus.

Exhibit spiritus ejus, & revertetur inter-
ram suam: in illa die peribunt omnes co-
gitationes eorum.

Beatus, cuius Deus jacob adjutor ejus:
spes ejus in Domino Deo ipsius, qui fe-
cit cœlum & terram: mare & omnia, quæ
in eis sunt.

Qui custodit veritatem in seculum: facit
judicium injuriam pacientibus: dat escam
esurientibus.

Dominus solvit compeditos: Dominus
illuminat cœcos.

Dominus erigit elisos: Dominus diligit
justos.

Dominus custodit advenas: pupillum
& viduam suscipiet: & vias peccatorum
disperdet.

Re-

Regnabit Dominus in secula : Deus tuus
Syon: in generatione & generationem.

Gloria Patri &c.

Psal. 146.

LAUDATE DOMINUM, QUONIAM BONUS EST,
PSALMUS: DEO NOSTRO SIT JUCUNDA DECORAQUE LAUDATIO.

ÆDIFICANS HIERUSALEM DOMINUS: DISPERSIONES ISRAËLIS CONGREGABIT.

QUI SANAT CONTRITOS CORDE: & ALLIGAT CONTRITIONES EORUM.

QUI NUMERAT MULTITUDINEM STELLARUM:
& OMNIBUS EIS NOMINA VOCANS.

MAGNUS DOMINUS NOSTER, & MAGNA VIRTUS EJUS: & SAPIENTIA EJUS NON EST NUMERUS.

SUSCIPiens mansuetos DOMINUS: HUMILIANS autem peccatores usque ad terram.

PRÆCINITE DOMINO IN CONFESSione: PSALMITE DEO NOSTRO IN CITHARA.

QUI OPERIT CÆLUM NUBIBUS: & PARAT TERRÆ PLUVIAM.

QUI PRODUCEt IN MONTIBUS FÆNUM: & HERBAM SERVITUTI HOMINUM.

QUI DAT JUMENTIS ESCAM IPSORUM: & PULLIS CORVORUM INVOCANTIBUS EUM.

NON IN FORTITUDINE EQUI VOLUNTATEM HABEBIT: NEQUE IN TIBIIS VIRI BENEPLACITUM ERIT, EI.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Gloria Patri &c.

Psal. 147.

LAUDA Hierusalem Dominum: lauda Deum tuum Syon.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suum sicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Jacob: iustias & judicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri &c.

Hymnus.

Deus Creator omnium: polique rector vestiens: diem decoro lumine: noctem soporis gratia,

Ar-

Artus solutos ut quies : reddat laboris
usu : mentesque fessas allevet : iuctusque
solvat anxios.

Gratos peracto jam die : & noctis exor-
tu preces : votis reos ut adjuves : hymnum
canentes solvimus.

Te cordis ima concinnant : te vox ca-
nora concrepet : te diligit castus amor :
te mens adoret sobria.

Ut cum profunda clauerit : diem cali-
go noctium : fides tenebras nesciat : & lux
fidei luceat.

Dormire mentem ne finas : dormire cul-
pa noverit : castos fides refrigeret : somni
vaporem temperet.

Exuta sensu lubrico : te cordis alta so-
mnient : ne hostis invidi dolo : pavor quie-
tos suscitet.

Christum rogemus & Patrem : Christi pa-
trisque Spiritum : unum potens per omnia :
fove precantes Trinitas. Amen.

Canticum Mariæ Virginis.

Magnificat anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus : in Deo
salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ :

F 3

ecce

ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est:
& sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposit potentes de sede: & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis: & divites dimisit manes.

Suscepit Israël puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad Patres nostros: Abraham & semini ejus in secula.

Gloria Patri &c.

Psalmi.

Ad

Completorium.

Converte nos Deus salutaris noster.
Et averte iram tuam à nobis.

Deus in adjutorium meum intende.
Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri & filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Alleluja.

vel

vel

Loco Alleluja dicitur: Laus tibi , Domine , Rex æternæ gloriæ.

Cum invocarem , exaudivit me Deus iustitiæ meæ : in tribulatione dilatâsti mihi.

Miserere mei , & exaudi orationem meam.

Filii hominum usque quo gravi corde: ut quid diligitis vanitatem , & queritis mendacium.

Et scitote , quoniam mirificavit Dominus sanctum suum : Dominus exaudiet me: cum clamavero ad eum.

Irascimini & nolite peccare : quæ dicitis in cordibus vestris ; & in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiæ , & sperate in Domino : multi dicunt , quis ostendit nobis bona ?

Signatum est super nos lumen vultus tui , Domine : dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti : vini & olei sui multiplicati sunt.

In pace in idipsum : dormiam & requiescam.

Quoniam tu , Domine , singulariter in spe: constituisti me.

Gloria Patri &c.

F 4

Psal.

Psal. 30.

IN te, Domine, speravi, non confundar in æternum: in justitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam: accelera, ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem: & in domum refugii, ut salvum me facias.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me & enutries me.

Educes me de laqueo, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo Spiritum meum: redemisti me, Domine Deus veritatis.

Gloria Patri &c.

Psal. 90.

Qui habitat in adjutorio altissimi: in protectione DEI Cœli commorabitur. Dicit Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium: & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis à timore nocturno.

A

A sagitta volante in die à negotio perambulante in tenebris : ab incursu & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille : & decem milia à dextris tuis ; ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis : & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine , spes mea : altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum : & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandavit de te : ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te , ne fortè offendas : ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis : & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me speravit , liberabo eum : protegam eum , quoniam cognovit nomen meum.

Clamavit ad me , & ego exaudiam eum : cum ipso sum in tribulatione : eripiam eum , & glorificabo eum .

Longitudine dierum replebo eum : & ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri &c.

Psal. 133.

Ecce nunc benedicite Domino : omnes servi Domini. F 5 Qui

**Qui statis in domo Domini : in atriis
domus Dei nostri.**

**In noctibus extollite manus vestras in
sancta : & benedicte Domino.**

**Benedicat te Dominus ex Syon : qui fe-
cit cœlum & terram.**

Gloria Patri &c.

Hymnus.

TE lucis ante terminum : rerum cre-
ator poscimus : ut solita clementia : sis
præsul ac custodia.

**Procul recedant somnia : & noctium
phantasmata : hostemque nostrum com-
prime : ne polluantur corpora.**

**Præsta Pater omnipotens : per Jesum
Christum Dominum : qui tecum in perpe-
tuum : regnat cum sancto spiritu. Amen.**

Capitulum.

**Pacem & veritatem diligite : ait Domi-
nus Deus omnipotens. Deo gratias.**

**v. Custodi nos, Domine , ut pupillam
oculi.**

**v. Sub umbra alarum tuarum protege
nos.**

Canticum Simeonis.

Nunc dimittis servum tuum, Domine:
secundum verbum tuum in pace.

**Quia viderunt oculi mei : salutare
tuum.**

Quod

Quod parâsti ante faciem ; omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium : & gloriam plebis tuæ Israël.

Gloria Patri &c.

Preces.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, ita & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos à malo.

In pace in idipsum
Rx. Dormiam & requiescam.

Credo in Deum Patrem, omnipotentem Creatorem cœli & terræ. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu Sancto : natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato. Crucifixus, mortuus & sepultus. Descendit ad inferna : tertiâ die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos ; sedet ad dexteram Dei

Pa-

Patris omnipotentis. Inde venturus est
judicare vivos & mortuos. Credo in Spi-
ritum sanctum. Sanctam Ecclesiam Ca-
tholicam: Sanctorum communionem: re-
missionem peccatorum.

Carnis resurrectionem

R. Et vitam æternam. Amen.

Benedicamus Patrem & Filium cum
Sancto Spiritu.

R. Laudemus & superexalte mus eum in
secula.

Benedictus es, Domine, in firma-
mento cœli.

R. Laudabilis & glori osus & superexal-
tatus in secula.

Benedicat & custodiat nos Pater æ-
ternus. Amen.

Dignare, Domine, nocte ista.

R. Sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine.

R. Miserere nostri

Fiat misericordia tua, Domine, su-
per nos.

R. Quemadmodum speravimus in te.

Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Illumina, quæsumus, Domine, tenebras nostras, & totius hujus noctis infidias tu à nobis repelle propitius, salva nos omnipotens Deus, & lucem nobis concede perpetuam per Dominum nostrum Jesum Christum, filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Dominus vobiscum

R. Et cum Spiritu tuo

Benedicamus Domino

R. Deo gratias.

Coelesti benedictione benedicat & custodiat nos divina Majestas, & una Deitas, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Amen.

Psal. 50.

Miserere mei Deus: secundum magnum misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miseratum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci:

fecisti : ut iustificeris in sermonibus tuis , &
vincas , cum judicaris.

Ecce enim in iniuitatibus conceptus
sum : & in peccatis concepit me mater
mea,

Ecce enim veritatem dilexisti : incerta &
occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me , Domine , isopo & mun-
dabor : lavabis me & super nivem dealba-
bor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitia-
m : & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis : &
omnes meas iniuitates dele.

Cor mundum crea in me Deus : & spi-
ritum rectum innova in vilceribus meis

Ne projicias me à facie tua : & Spiritum
Sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui : & Spi-
ritu principaliter confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : & impii ad
te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus Deus
salutis meæ : & exultabit lingua mea justi-
tiam tuam.

Domine , labia mea aperies : & os me-
um annunciaris laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium , sacri-
ficium dedi sem: utique holocaustis non
delectaberis.
Saci-

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus;
cor contritum & humiliatum Deus non
despicias.

Benigne fac, Domine, in bona volun-
tate tua Syon: ut ædificantur muri Hieru-
salem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, obla-
tiones & holocausta; tunc imponet super
altare tuum vitulos.

Gloria Patri &c.

Psal. 64.

TE decet hymnus Deus in Syon: & ti-
bi reddetur votum in Hierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis
caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super
nos: & impietatis nostris tu propiti-
aberis.

Beatus, quem elegisti & assumpisti: in-
habitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: san-
ctum est templum tuum mirabile in æqui-
tate.

Exaudi nos Deus salutaris noster: spes
omnium finium terræ, & in mari longè.

Præparans mentes in virtute tua: accin-
ctus potentia, qui conturbas profundum
maris sonum fluctuum ejus.

Turba-

Turbabuntur gentes, & timebunt: qui habitant terminos à signis tuis; exitus matutini & vespere delebat.

Visitâsti terram, & inebriasti eam: multiplicâsti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis: parâsti cibum illorum, quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebrians multiplica gemina ejus: in stilicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur ubertate,

Pinguescet spetiosa deserti: & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium: & valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent.

Gloria Patri & Filio: & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorum. Amen.



Se-

Sequuntur

HYMNI

per Annum.

In Adventu Domini

Ad Vesperas.

Hymnus.

Conditor alme siderum : æterna lux
credentium : Christe redemptor omni-
um : exaudi preces supplicum.

Qui condolens interitu : mortis perire
seculum : salvasti mundum languidum :
donans reis remedium.

Vergente mundi vespere : uti sponsus
de thalamo : egressus honestissima : virgi-
nis matris clausula.

Cujus fortis potentia : genua curvantur
omnia : cœlestia , terrestria ; fatentur nutu
subdita.

Occasum sol custodiens : luna pallorem
G reti-

retinens: candor in astris relucens: certos
observat limites.

Te deprecamur aye: venture judec-
seculi: conserva nos in tempore: hostis à
telo perfidi.

Laus, honor, virtus, gloria: Deo Patri
& Filio: unà cum sancto Spiritu: in sem-
piterna secula. Amen.

Ad Completorium

Hymnus.

Veni redemptor gentium: ostende par-
tum virginis: miretur omne seculum:
talis decet partus Deum.

Non ex virili semine: sed mystico spi-
ramine: Verbum Dei factum est caro: fru-
ctusque ventris floruit.

Alvus tumescit virginis: claustra podo-
ris permanent: vexilla virtutum micant:
versatur in templo Deus.

Procedens de thalamo suo: pudoris au-
la regia: geminæ gigas substantiæ: alacris
ut currat viam.

Egressus ejus à Patre: regressus ejus ad
Patrem: excursus usque ad inferos: recur-
sus ad sedem Dei.

Æqualis æterno patri: carnis trophæo
accingere: infirma nostri corporis: virtu-
te firmans perpetim.

Deo

Deo Patri sit gloria: ejusque soli Filio:
cum Spiritu paracleto: & nunc & in per-
petuum, Amen.

In Die

Nativitatis Christi

Ad Vesperas.

Hymnus.

A Solis ortus cardine: ad usque terræ
limitem: Christum canamus princi-
pem: natum Maria virgine.

Beatus auctor seculi: servile corpus in-
duit: ut carne carnem liberans: ne per-
deret, quos condidit.

Clausa parentis viscera: cœlestis intrat
gratia: venter puellæ bajulat: secreta,
quæ non noverat.

Domus pudici pectoris: templum re-
pente fit Dei; intacta nesciens virum;
Verbo concepit Filium.

Enixa est puerpera: quem Gabriel præ-
dixerat: quem matris alvo gestiens: clau-
sus Johannes fenserat.

Fœno jacere pertulit: præsepe non ab-
horruit: parvoque lacte pastus est: per
quem nec ales esurit.

Gaudet Chorus cœlestium: & Angeli

G 2

ca-

canunt Deo: palamque sit pastoribus: pastor creator omnium.

Summo parenti gloria: natoque laus quam maxima: cum sancto sit spiramine: nunc & per omne seculum. Amen:

In Vigilia Nativitatis Christi

Ad Completorium.

Hymnus.

Præsepe jam fulget tuum: lumenque nox spirat novum: quod nulla nox interpellat: fideque jugi luceat.

Deo Patri sit gloria: ejusque soli Filio: cum Spiritu paracleto: & nunc & in perpetuum. Amen.

Ad Completorium Tempore Nativitatis Christi.

Hymnus.

Corde natus ex parentis ante mundi exordium: Alpha & O cognominatus ipse fons & clausula: omnium, quæ sunt, fuerunt, quæque post futura sunt: seculorum seculis.

O beatus partus ille virgo cum puerpera

edi-

edidit nostram salutem: fœta sancto Spiri-
tu: & puer redemptor orbis: os sacratum
protulit: seculorum seculis.

Psallat altitudo cœli: psallant omnes
Angeli: quicquid est virtutis usquam psal-
lat in laudem Dei: nulla linguarum file-
scat: vox & omnis consonet: seculorum
seculis.

Ecce quem vates vetustis concinebat se-
culis: quem prophetarum fideles paginæ
sposonderant: emicat promissus olim
cuncta collaudant Deum: seculorum se-
culis.

Te senes & juventus parvolorum: te-
que chorus turba matrum virginumque
simplices puellulæ: voce concordes pudici-
cis perstrepent concentibus: seculorum
seculis.

Tibi, Christe, sit cum Patre ayoque
Spiritu: hymnus, melos, laus perennis,
gratiarum actio: honor, virtus, victoria:
regnum æternaliter: seculorum seculis.
Amen.

In Die Epiphaniæ

Ad Vesperas.

Hymnus.

HOstis Herodes impie: Christum veni-
te
G 3

re quid times? non arripit mortalia: qui regna dat cœlestia.

Ibant magi quam viderant: stellam sequentes præviam: lumen requirunt lumine: Deum fatentur munere.

Lavacra puri gurgitis: cœlestis agnus attigit: peccata, quæ non detulit; nos abluendo sustulit.

Novum genus potentiarum: aquæ rubescunt hydriæ: vinumque jussa fundere; mutavit unda originem.

Summo parenti gloria: natoque laus quam maxima: cum sancto sit spiramine: nunc & per omne seculum. Amen.

Ad Completorium.

Hymnus.

ORtum fidus eximum: solidat præsens gaudium: quos tenebræ contexerant: lucem magnam conspexerant.

Judæis Christus nascitur: à gentibus agnoscitur: in caput hoc discordantes: converterant parietes.

Perfusus unda fluminis: adauxit diem luminis: causas trinas agnovimus: magni festi, quod colimus.

Summo parenti gloria: natoque laus quam maxima: cum sancto sit spiramine: nunc & per omne seculum. Amen.

Dor

Dominicâ Quadragesimæ
séu Invocavit.

Ad Vesperas.

Hymnus.

Jesu quadragenariæ : Servatòr abstinen-
tiæ : dum sustines hostis graves : tentan-
tis invictus plagas.

Quo paradiſo redderes : famis dolores
perferens : quos inde gastrimargiæ : Heu !
fœda culpa ejecerat.

Adesto nunc ecclesiæ : adesto pœnitentia-
tiæ : qua pro suis excessibus : orat pro fu-
sis fletibus.

Tu retroacta crima: tuâ remitte gra-
tiâ: & à futuris adhibe custodiam mitif-
simè.

Ut his peractis annuis: jejuniorum ritu-
bus: tendamus ad paschalia: dignè colen-
da gaudia.

Præsta Pater per Filium : præsta per al-
lum Spiritum cum his per ævum triplici:
unus Deus cognomine. Amen.

Ad Completorium.

Hymnus.

Christe, qui lux es & dies : noctis te-
nebras detegis : lucisque plumen cre-
deris : lumen beatum prædicans.

G 4

Pre-

Precamur sancte Domine : defende nos in hac nocte: sit nobis in te requies: quietam noctem tribue.

Ne gravis somnus irruat: nec hostis nos surripiat: nec caro illi consentiens: nos tibi reos statuat.

Oculi somnum capiant: cor ad te semper vigilet: dextera tua protegat: famulos, qui te diligunt.

Defensor noster aspice: insidiantes reprime: gubernata tuos famulos: Quos sanguine mercatus es.

Memento nostri, Domine: in gravi isto corpore: qui es defensor animæ: adesto nobis Domine.

Deo Patri sit gloria: ejusque soli Filio: cum Spiritu paracleto: & nunc & in perpetuum. Amen.

Dominica Oculi.

Ad Vesperas

Hymnus

Summi largitor præmii: spes qui es unica mundi: preces intende fervorum: ad te devotè clamantium.

Nostra te conscientia: gravè offendisse monstrat: quam emundes supplicamus: ab omnibus piaculis.

Si

Si renuis quis tribuit: indulge, quia
mitis es: si corde rogamus mundo: certe
dabis ex promiso.

Ergo acceptare nostrum: qui servasti je-
junium: quo mysticè paschalia: capiamus
sacramenta.

Summa nobis hoc conferat: & adoran-
da Trinitas: in qua gloriatur unus: per
cuncta secula Deus. Amen.

Dominica Judica.

Ad Vesperas.

Hymnus.

VExilla regis prodeunt: fulget cru-
cis mysterium: quo carne carnis
conditor: suspensus est patibulo.

Configta Clavis viscera: tendens manus
vestigia: redemptionis gratia: hic immo-
lata est hostia.

Quo vulneratus insuper: mucrone diro
lanceæ: ut nos lavaret crimine: manavit
unda sanguine.

Impleta sunt, quæ concinit: David fide-
lis carmine: dicendo nationibus: regna-
vit à ligno Deus.

O Christe ave spes unica: hoc passionis
tempore: auge piis justitiam: reisque do-
na veniam.

Laus, honor, virtus, gloria: DEO
Patri & Filio: unà cum sancto spiritu: in
sempiterna secula. Amen.

In
Festo Passionis

Ad Tertiam.

Hymnus.

Tu qui velatus facie: fuisti sol justitiae:
flexis illusus genibus: cæsus quoque
verberibus.

Te petimus attentius: ut sis nobis pro-
pitius: & per tuam clementiam: perdu-
cas nos ad gloriam.

Horâ qui ducst tertiat: fuisti ad suppli-
cia: Christe ferendo humeris: crucem pro
nobis miseris.

Fac nos sic te diligere: sanctamque vi-
tam ducere: ut valeamus requie: frui cœ-
lestis patriæ.

Laus, honor, virtus, gloria: Deo Patri
& Filio: unà cum sancto spiritu: in sem-
piterna secula. Amen.

Ad Sextam.

Hymnus.

Crucem pro nobis subiit: & stans in
illa

illa situit : Jesus sacratis manibus : clavis
fossus & pedibus.

Honor & benedictio : sit crucifixo Do-
mino : qui nos suo suppicio : redemit
ab exitio. Amen.

Ad Nonam.

Hymnus.

BEATA Christi Pasio : sit nostra liberatio:
ut per hanc nobis gaudia : parata sint
cœlestia.

Gloria Christo Domino : qui pendens in
patibulo : clamans emisit spiritum : mun-
dumque salvans perditum. Amen.

In

Festo Pasionis

Ad Vesperas.

Hymnus.

DA Pater omnipotens : da cœli maxime
rector : ut profit nati passio sacra tui.

Utile sit Christum : pro nobis tanta tu-
lisce : horrendumque genus sustinuisse
necis.

Cui gens sacrilega pœnas inferre nefan-
das : infanti ausa fuit verbera sœva dare.

Ille hominum stirpem rapuit de fauci-
bus

bus orci : pro nobis voluit vulnera dira pati.

Sublimi veteres purgavit sanguine culpas : ut fragile humanum scandat ad astra genus.

Spinea ferta tulit Salvator, & hac ratione : ne genus humanum tartara ad imaruat.

Atque ideo patulis manibus divina potestas : in cruce pendebat ; gloria summa Deo. Amen.

Ad Completorium Primum.

Hymnus.

Sancta Dei genitrix mœsta comitata cohorte : ad nati venit tristia fata sui.

Ad quam natus ait : mulier tua cura Jo-hannes : hic erit atque decus præsidiumque tibi.

Charo discipulo dixit : solabere matrem : deinde tua, quæ jam multa dolenda tulit.

Succubuit postquam vocem cognovit alumni : pectora contundens cum nimio gemitu.

O quantos illic mater dilecta dolores passa est : hoc iterum dicere nemo potest.

Nec poterit quisquam digna enarrare loquela : quam matri charus filius ipse fuit.

Illiū

Illiū ingentes dicamus carmine laudes :
quæ populis pandit prima salutis iter.

Ergo piz matri sit laus & gloria D E O :
ipse libens subit viscera casta D E U S .

In
Completorio Secundo.

Hymnus.

Qui jacuisti mortuus : in petra rex in-
nocuus : fac nos in te quiescere : sem-
perque laudes reddere.

Succurre nobis, Domine : quos rede-
misti sanguine : & duc nos ad cœlestia :
æterna pacis gaudia. Amen.

Dominica Quasimodogeniti.

Ad Vesperas.

Hymnus.

Ad cœnam agni providi : & stolis albis
candidi : post transitum māris rubri :
Christo canamus principi.

Cujus corpus sanctissimum : in ara Cru-
cis torridum : crux ejus roseo : gustando
vivimus Deo.

Protecti paschæ vesperæ : à devastante
angelo : erepti de durissimo : Pharaonis
imperio.

Jam Pascha nostrum Christus est : qui
im-

dira
cul-
astra
rat-
ima

po-
ma

co-

Jo-
que

m:

lit.

vit

lio

es

t.

re

ait.

us



immolatus agnus est : sinceritatis azyma :
caro ejus ablata est.

Gloria tibi , Domine : qui surrexisti à
mortuis : cum Patre & sancto Spiritu : in
sempiterna secula. Amen.

In Completorio.

Hymnus.

Quæsumus auctor omnium : in hoc
paschali gaudio : ab omni mortis im-
petu : tuum defendas populum.

Gloria tibi, Domine : qui surrexisti à mor-
tuis ; cum Patre & Sancto spiritu : in sem-
piterna secula. Amen.

De Sanctis post Pascha.

In Vesperis.

Hymnis.

Vita sanctorum decus angelorum : vi-
ta cunctorum pariter piorum : Chri-
ste, qui mortis moriens ministrum exsu-
perasti.

Tu tuo lætos famulos tropheo : nunc in
his serva placidis diebus : in quibus san-
ctum celebratur omnem pascha per or-
bem.

Pascha, quò victor rediens ab uno : at-
que

que cum multis aliis resurgens ipse suscep-
tam super alta carmen astra levasti.

Hoc Pater tecum : hoc idem sacratus
præstet amborum pie Christe , Flatus , cum
quibus regnas Deus unus omni jugiter ævo.
Amen.

In die Ascensionis Christi

Ad Vesperas.

Hymnus.

Festum nunc celebre magna que gaudia
compellunt animos carmina promere:
cum Christus solium scandit ad arduum
cœlorum pius arbiter.

Conscendit jubilans lætos ad æthera:
sanctorum populus prædicat inclytum con-
cinit pariter angelicus chorus victoris boni
gloriam.

Qui scandens superos vincula vinxerat
donans terrigenis munera plurima distri-
ctus rediens arbiter omnium , qui mitis
modo transiit.

Oramus, Domine , conditor inclyte,
devotos famulos respice , protege , ne nos
livor edax dæmonis obruat , demergat vel
in inferos.

Ut cum flammivoma nube reverteris oc-
culata hominum pandere judicans , ne des
supplicia horrida noxiis , sed justis bona
præmia.

Præ-

Præsta hoc genitor optime, maxime, hoc
tu nate DEI & bone Spiritus: regnans per-
petuo fulgida Trinitas per cuncta piè se-
cula. Amen.

Ad Completorium.

Hymnus.

Jesu nostra redemptio, amor & deside-
rium, Deus creator omnium: homo in
fine temporum.

Quæ te vicit clementia: ut ferres na-
stra crimina: crudelē mortem patiens:
ut nos à morte tolleres.

Inferni claustra penetrans: tuos captivos
redimens: victor triumpho nobili: ad de-
xtram patris residens.

Ipsa te cogat pietas: ut mala nostra su-
peres: parcendo & voti compotes: nos
tuo vultu saties,

Gloria tibi, Domine: qui ascendisti ad
cœlos: cum patre & sancto Spiritu: in sem-
piterna secula. Amen.

In die Pentecostes

In Vesperis

Hymnus.

Veni Creator Spiritus: mentes tuorum
visita: imple superna gratia: quæ tu
creasti, pectora.

Qui

Qui paracletus diceris: donum Dei altissimi: fons vivus, ignis, charitas: & spiritalis unctio.

Tu septiformis munere: dextræ Dei tu digitus: tu ritè promissio Patris: sermone ditans guttura,

Accende lumen sensibus; infunde amorem cordibus: infirma nostri corporis: virtute firmans perpetim.

Hostem repellas longius: pacemque domines protinus: ductore sic te prævio: vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem: noscamus atque filium: te utriusque Spiritum: credamus omni tempore. Amen.

Ad
Completorium.

Hymnus.

Anni peractis mensibus: tanta recu-
runt gaudia: votisque dudum credu-
lis: optatus advenit dies.

In quo Spiritus Domini: terras replevit
gaudiis: cœlestia adventus sui: mundo
decufrunt lumina.

Se namque filius Dei: Apostolis spo-
sponderat: celos petisset cum polos: mis-
surum sanctum Spiritum.

Quod est probatum testibus: Apostolo-

H rum

8 Hym. in Die S. Trin. & Conv. S. Pauli.

rum vocibus: cum sint diversis oribus: variis locuti gentibus.

Tanto redempti munere: Patris ac natii
spiritus: judges agamus gratias: Deo per-
renni seculo. Amen.

In

Die S. & Individuæ Trinitatis
Ad Vesperas.

Hymnus.

O Lux beata Trinitas: & principalis
unitas: jam sol recedit igneus: in-
funde lumen cordibus.

Te manè laudum carmine: te deprece-
mur vesperi: te nostra supplex gloria: per-
cuncta laudet secula.

Deo Patri sit gloria: ejusque soli Filio:
cum Spiritu paracleto: & nunc & in per-
petuum. Amen.

In

Festo Conversionis S. Pauli

Ad Vesperas.

Hymnus.

D Octor egregie Paule: mores instrue,
& mente polum nos transferre satage:
donec perfectum largiatur plenius evacua-
to: quod ex parte geminus.
Sit Trinitati sempiterna gloria: honor,

po.

potes^t atque jubilatio in unitate, cui manet imperium: ex tunc & modo per æternā secula. Amen.

In Festo

Annunciationis B. M. Virginis

Ad Vespas.

Hymnus.

Fit porta Christi pervia: referta plena gratia: transitque rex & permanet clausa, ut fuit per secula.

Genus superni luminis: processit aula virginis: sponsus, redemptor, conditor suæ gigas ecclesiaz,

Deo Patri sit gloria: ejusque soli Filio: cum Spiritu paracleto: & nunc & in perpetuum. Amen.

Ad Completorium

Hymnus.

Honor matris & gaudium: immensa spes credentium: per atra mortis puncta: resolvit nostra crima.

Deo Patri sit gloria: ejusque soli Filio: cum Spiritu paracleto: & nunc & in perpetuum. Amen.

In Festo S. Johannis Baptistæ.

Ad Vespas.

Hymnus.

Ut queant laxis resonare fibris: mira gesto-

gestorum famuli tuorum : solve polluti labij reatum : sancte Johannes.

Nuncius celso veniens olympos : te Patre magnum fore nasciturum : nomen & vitæ seriem gerendæ : ordine promit.

Ille promissi dubius superni perdidit promtè modulos loquelæ : sed reformasti gemitus peremptæ : Organa vocis.

Ventriss obstruso filius cubili senserat gregem thalamo manentem : hinc parens nati dubius uterque abdita pandit.

Antra deserti teneris sub annis : civium turmas fugiens petisti : ne levi saltem maculare vitam : feminæ posses.

Gloria Patri genitæque proli : & tibi compar utriusque semper Spiritus alme Deus : unus omni tempore secli. Amen.

Ad Completorium.

Hymnus.

C^Lamat anus cum jubilo plena sancto paracleto : beata tu in filio : quæ credisti Domino.

Exultet cœli regia : & mundialis machina : abyssus atque maria : laudent Deum per secula.

Patri summo cum Filio : Spiraminique sancto : sit sempiterna gloria : in unitate solida. Amen.

In
folia

In Festo
Visitationis B. M. Virginis.
Ad Vesperas.

Hymnus.

Adsunt festa jubilæa : in Mariæ nunc gaudia: tota psallat ecclesia; devota laudum dragmata.

Cujus sacrata viscera: Dei invisit gratia: ut esset virgo gravida: thori virilis nescia.

Hæc paronympho dum credit: sacrum hanc pneuma replevit: alvus tumescit, & gerit Verbum Patris, quod meruit.

Confestim montes adiit: Elisabeth salutavit: obviis eam suscipit: ulnis stringit & circuit.

Sacri junguntur uteri: milesque sui Domini: præsentiam dum agnoscit: trepidando suscipit.

Patri summo cum Filio: spiraminique sancto: sit sempiterna gloria: in unitate solida. Amen.

Ad Completorium,

Hymnus.

Clamat anus cum jubilo : 3. Versus
pag. 110.

H 3

In

In
Festo Mariæ Magdalenaæ,
Ad Vesperas

Hymnus.

Votiva cunctis gaudia : lucis triumphat gratia : qua scandit astra vernula : Christi Maria fulgida.

Calcans beata luridam : secli ruentis machinam : odore Sancti Spiritus : ignes subegit lubricos.

Hæc sacras JESU lacrymis : plantas rigavit intimis : tersit capillis osculans : mentis tenebras expians.

Te , quæsumus , gratisimam : nobis deposce veniam : cœlestis aulæ tinnulis : quo perfruamur organis.

Salve beata trinitas : perenni manens gaudio : viva creatrix seculum : qui regnans in perpetuum. Amen.

In
Festo S. Michaelis. Archangeli,

Ad Vesperas.

Hymnus.

TIbi, Christe, splendor Patris vita ac virtus cordium in conspectu angelorum votis voce psallimus alternantes concrepando melos damus vocibus.

Col-

Collaudemus venerantes omnes cœli
milites, sed præcipuè primatem cœlestis
exercitus Michaëlem in virtute conteren-
tem Zabulon.

Quo custode procul pelle, rex Christe
piissime, omne nefas inimici mundos cor-
de & corpore paradiſo redde tuo nos sola
clementia.

Gloriam Patri melodis resonemus voci-
bus : gloriam Christo canamus : gloriam
paracleto, qui Deus trinus & unus exstat
ante secula. Amen.

In

Festo Dedicationis Ecclesiæ.

In Vesperis.

Hymnus.

Urbs beata Jerusalēm dicta pacis visio :
quæ construitur in cœlis vivis ex lapi-
dibus & angelicis ornata ut sponsata co-
mite.

Nova veniens è cœlo nuptiali thalamo
præparata ut sponsata, copulata Domino:
plateæ & muri ejus ex auro purissimo.

Morte vitent margaritis aditis patentibus
& virtute meritorum illuc introduci-
tur omnis, qui pro Christi nomine hîc in
mundo premitur.

Tensionibus pressuris expoliti lapides

H 4

suis-

suisque aptantur locis per manum artificis disponuntur permansuri sacris ædificiis.

Gloria & honor DEO usque quo altissimo unà patri filioque inclyto paracleto cui laus est & potestas per æterna secula. Amen.

In Completorio.

Hymnus.

Hoc in templo summe exornatus adveni : & clementi bonitate precum vota suscipe largam benedictionem hic infunde jugiter,

Hic promereantur omnes petita accipere, & adepta posidere cum sanctis permanentem paradisum introite translati in requietum.

Gloria & honor DEO, usque quo altissimo unà patri filioque inclyto paracleto cui laus est & potestas per æterna secula. Amen.

In Festo S. Andreæ Apostoli

Ad Vesperas.

Hymnus.

Post Petrum primum principem Andreas est Apostolus salutis verbum praedicans in Achaja provincia.

Captus in Patra oppido: traditur diro car.

carceri: ferali pœnâ cæditur: tortor eallet
vesania.

Dilaniatus iætibus ligno crucis suspen-
ditur; biduo vivens non cessat: fidem do-
cere populum.

Clamor plebis attollitur: Deo carus ex-
poscitur: reddi justus & innocens: san-
ctus & bonus quæritur.

Tallax ad patibulum quasi ad solvendum
properat devotus martyr in pœnis orat ne
arcioribus.

Loris resolvat impius divinis indemptus
muniis frater instigat jurgiis justisque que-
rimoniis.

Eantua, quæ tua sunt: Egea tu duris-
fime completa ejus passio dæviæto hoste
callido.

Imploret ergo meritis suis pro nostris a-
etibus ut mereamur consequi sancta in fine
præmiis.

Gloria tibi, Domine; Gloria unigenito
unâ cum sancto Spiritu: in sempiterna se-
cula. Amen.

De Confessoribus.

In Vesperis.

Hymnus.

Iste Confessor Domini sacratus festa
H 5 plebs

plebs: cuius celebrat per Orbem: hodie lætus meruit secreta scandere cœli,

Qui pius, prudens, humilis, pudicus, sobrius, castus fuit & quietus vita dum præfens vegetavit ejus corporis artus.

Ad sacrum cuius tinnulum frequenter membra languentum modo sanitati quolibet morbo fuerint gravata restituuntur.

Unde nunc noster Chorus in honore ipsius hymnum canit hunc libenter: ut piis ejus meritis juvemur omne per ævum.

Sit salus illi decus atque virtus, qui supra cœli residens cacumen totius mundi machinam gubernans Trinus & unus. Amen.

De Martyribus

In Vesperis.

Hymnus.

Rex gloriose martyrum corona confitentium: qui respuentes terrena perducis ad cœlestia.

Aurem benignam protinus appone nostris vocibus tropheia sacra pangimus: ignoscere, quod delinquimus.

Tu vincis in martyribus: parcendo confessoribus: tu vince nostra crimina: donando indulgentiam.

Presta Pater piissime, &c.

Ser.

Sequuntur
**INTROITUS, GRA-
DUALIA,
TRACTUS AC SEQVENTIÆ.**

Dominica I. Adventus.

Introitus.

Ad te levavi animam meam Deus meus
in te confido, non erubescam, neque
irrideant me inimici; etenim universi, qui
te exspectant, non confundentur.

Versus. Vias tuas, Domine, demonstra
mihi, & semitas tuas edoce me.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Kyrie Eleison. Christe Eleison.

Kyrie Eleison.

Gloria in excelsis Deo.

Et in terra pax hominibus bonæ volun-
tatis.

Laudamus te. Benedicimus te.

Adoramus te. Glorificamuste.

Gratias agimus tibi propter magnam tu-
am gloriam. Do-

Domine Deus rex cœlestis, Deus Pater
omnipotens.

Domine Fili unigenite, Jesu Christe, &
sancte Spiritus.

Domine Deus agnus Dei Filius Patris,
qui tollis peccata mundi, miserere
nostrī.

Qui tollis peccata mundi, suscipe de-
precationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris miserere
nostrī.

Quoniam tu solus sanctus.

Tu solus Dominus.

Tu solus altissimus Jesu Christe. Cum
sancto Spiritu in gloria Dei Patris.
Amen.

Graduale.

Universi, quite exspectant, non confun-
dentur, Domine.

Vias tuas, Domine, notas fac mihi, &
semitas tuas edoce me.

Alleluja. Ostende nobis, Domine mis-
ericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

Credo in unum Deum,

Patrem omni potentem, factorem Cœli &
terræ, visibilium omnium & invisibilium.
Et in unum Dominum Jesum Christum Fi-
lium DEI unigenitum, & ex patre natum
ante omnia secula, Deum de DEO, lumen
de

de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantiale patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis. Et in carnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, ET HOMO FACTUS EST. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris, & iterum venturus est cum (in) gloria judicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & vificantem, qui ex Patre filioque procedit, qui cum patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, & exsperatio resurrectionem mortuorum: & vitam futuri (venturi) seculi. Amen.

Dominica II. Adventus

Introitus.

POpulus Syon ecce Dominus veniet ad salvandas gentes, & auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ in latitia cordis vestri,

Verf.

Versus. Qui regis Israël intende, qui deducis velut ovem Joseph.

Gloria Patri &c.

Graduale.

Ex Syon species decoris ejus, Deus manifestè veniet.

Congregate illi sanctos ejus, qui ordinauerunt testamentum ejus super sacrificia.

Alleluja. Laetatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.

Dominica III. Adventus.

Introitus.

Gaudete in Domino semper, iterum dico: gaudete, modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est, nihil solicii sitis, sed in omni oratione petitiones vestræ innotescant apud Deum.

Versus. Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras.

Gloria Patri &c.

Graduale.

Qui sedes, Domine, super Cherubim, excita potentiam tuam, & veni.

Qui regis Israël intende, qui deducis velut ovem Joseph.

Alle-

Alleluja. Excita, Domine, potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.

Dominica IV. Adventus

Introitus.

Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo ad videndum in bonitate electorum tuorum in l^at^etia gentis tu^z, ut laudaris cum h^{er}editate tua.

Versus. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.

Gloria Patri &c.

Graduale.

Propè est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus, qui invocant eum in veritate.

Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctum ejus.

Alleluja. Veni, Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebis tu^z.

In die Nativitatis Christi

Introitus.

Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis, cuius imperium super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus.

Vers.

Vers. Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes, & adorate Dominum, quia hodie descendit lux magna super terram.

Sequentia.

EJa recolamus laudibus piis digna.
Hujus diei carmina, in qua nobis lux oritur gratisima.

Noctis interit nebula, percunt nostri criminis umbracula.

Hodie seculo maris stella est enixa novæ salutis gaudia.

Quem tremunt baratra mors cruenta pavet ipsa, à quo peribit mortua.

Gemit capta pessis antiqua coluber liquidus perdit spolia.

Homo lapsus, ovis obducta revocatur ad æterna gaudia.

Gaudent in hac die agmina Angelorum cœlestia.

Quia erat drachma decima perdita & est inventa.

O culpa nimium beata, qua redempta est natura.

Deus, qui creavit omnia, nascitur ex femina.

Mira-

Mirabilis natura mirificè induta assu-
mens, quod non erat, manens, quod erat.

Induitur natura divinitus humana, quis
audivit talia dic, rogo, facta?

Quærere venerat pastor pius, quod peri-
erat.

Induit galeam, certat ut miles armatura.

Prostratus in sua propria ruit hostis spi-
cula auferuntur tela.

In quibus fidebat, divisa sunt illius spo-
lia, capta præda sua.

Christi pugna fortissima, salus nostra
est vera.

Qui nos suam ad patriam duxit post vi-
ctoriam.

In qua sibi laus est æterna.

In Feste

S. Stephani Protomartyris

Seu

Feria II. Nativitatis Christi.

Introitus.

ET enim federunt principes, & adver-
sum me loquebantur, & iniqui perse-
cuti sunt me, adjuva me, Domine Deus
meus, quia servus tuus exercebatur in tuis
justificationibus.

Versus. Beati immaculati in via, qui am-
bulant in lege Domini. Gloria &c.

I

Al-

Alleluja. Video cœlos apertos, & Je-
sus stantem à dextris virtutis Dei.

Sequentia.

Exultemus pari voto melodiam concor-
dantes.

Regi regum in martyre laudem dignam
celebrantes.

Martyris insignia Stephani solennia
plebs intendit.

Plenus Dei gratia signa & prodigia qui
ostendit.

Martyrum primitiæ dedicantur hodie in
levita.

Cujus festa gratiæ mandantur memoriæ
recensita.

Hic ad montem Domini viam parans
homini celsiore.

Non pepercit sanguini levitarum nomi-
ni dans honorem.

Hic pro lapidantibus Deum ignorantibus
orat flexis genibus humi stratus.

Saulus ejus precibus unus ex nocenti-
bus sic jam ex creditibus revocatus.

In Festo

Johannnis Apostoli & Evangel.

seu Feria III. Nativ. Christi.

Introitus.

IN medio Ecclesiæ aperuit os ejus, & im-
ple-

plevit eum Dominus Spiritu sapientiae &
intellectus, stola gloria induit eum.

Versus. Bonum est confiteri Domino, &
psallere nomini tuo, altissime. Gloria &c.

Alleluja. Hic est discipulus ille; qui te-
stimonium perhibet de his, & scimus, quia
verum est testimonium ejus.

Sequentia.

Natus ante secula Dei Filius invisibilis
interminus.

Per quem sit machina cœli & terræ, ma-
tis & in his degentium,

Per quem dies & horæ labant, & se ite-
rum reciprocant.

Quem Angeli in arce poli voce, conso-
na semper canunt.

Hic corpus assumserat fragile sine labe
originalis criminis de carne Mariæ Virgi-
nis, quo primi parentis culpam Evæque
lasciviam tergeret.

Hoc præsens diecula loquitur prælucida
adaucta longitudine, quod sol verus ra-
dio sui luminis vetustas mundi depulerit
gemitus tenebras.

Nec nox vacat novi sideris luce, quod
magorum oculos terruit pios.

Nec gregum magistris defuit lumen,
quos perstrinxit charitas militum Dei.

Gaude Dei genetrix, quam circumstant

I 2 ob-

obstetricum vice concinantes angeli gloriam Deo.

Christe Patris unice, qui humanam nostru-
causa formam assumpsisti, refove sup-
plies tuos.

Et quorum participem te fore dignatus
es Jesu, dignantur eorum suscipe preces.

Ut ipsos divinitatis tuæ participes Deus
facere digneris unice Dei.

Dnica. infra Octav. Nativ. Chr.
Introitus.

Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet omnipotens sermo tuus, Domine, de cœlis à regalibus sedibus venit.

Vers. Dominus regnavit decorem induit, induit Dominus fortitudinem & præcinxit se. Gloria Patti &c.

Alleluja. Dominus regnavit decorem induit, induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute.

In Die Circumcisionis Christi.

Introitus.

(Ut in Die Nativitatis Christi per totum pag. 121.

In Die Epiphaniæ.

Introitus.

Ecce advenit dominator Dominus, & regnum

regnum in manu ejus , & potestas & imperium.

Vers. Deus judicium tuum regi da , & justitiam tuam filio regis.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Vidimus stellam ejus in oriente , & venimus cum muneribus adorare Dominum.

Sequentia.

Grates nunc omnes reddamus Domino Deo, qui suâ nativitate nos liberavit de diabolica potestate.

Huic oportet ut canamus cum Angelis semper.

Gloria in excelsis &c.

Dnica. infra Octav. Epiphaniæ,
quæ est prima post Festum Epiph.

Introitus.

In excelso throno vidi sedere virum, quem adorat multitudo angelorum, psallentes in unum: ecce cuius imperii nomen est in æternum.

Vers. Jubilate Deo omnis terra , servite Domino in letitia.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Jubilate Deo omnis terra, servite Domino in latitia.

Dnica. II. post Festum Epiphan,
seu Dnica. post Octav. Epiph.
De Festa SS. Trinitatis sumitur.

de Dominica.

Introitus.

OMnis terra adoret te Deus, & psallat
tibi, Psalmum dicat nomini tuo, al-
tissime.

Vers. Jubilate Deo omnis terra, psal-
lum dicite nomini ejus, date gloriam lau-
di ejus. Gloria Patri &c.

Alleluja. Laudate Deum omnes Ange-
li ejus, laudate eum omnes virtutes ejus.

Dnica. III. post Festum Epiphan.

Introitus.

ADorate Deum omnes Angeli ejus, au-
divit & latitatem est Syon, & exultave-
runt Filiæ Judæ.

Vers. Dominus regnavit, exultet ter-
ra, latentur insulæ multæ.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Dominus regnavit, exultet
terra, latentur insulæ multæ.

Dnica. IV. V. & VI. post Festum
Epiphaniae.

Omnia ut in præcedunt Dominica.

Do-

Dominica Septuagesimæ

Introitus.

Circumdederunt me gemitus mortis,
dolores inferni circumdederunt me, &
in tribulatione mea invocavi Dominum, &
exaudiuit de templo sancto suo vocem
meam.

Vers. Diligam te, Domine, virtus mea,
Dominus firmamentum meum & refugi-
um meum, Gloria Patri &c.

Tractus.

DE profundis clamavi ad te, Domine,
Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in oratio-
nem servi tui.

Si iniquitates observaveris, Domine,
Domine, qui sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, & propter
legem tuam sustinui te Domine.

Dominica Sexagesimæ.

Introitus.

EXsurge, quare obdormis, Domine,
exsurge, & ne repellas in finem; quare
faciem tuam avertis? oblivisceris tribulati-
onis nostræ, adhæsit in terra venter noster:
exsurge, Domine, adjuva nos, & libera nos.

Vers. Deus auribus nostris audivimus,
patres nostri annunciarunt nobis,

Gloria Patri &c.

14

Tra-

Tractus.

Commovisti, Domine, terram, & consturbasti eam.

Sana contritiones ejus, quia mota est.

Ut fugiant à facie arcus, ut liberentur electi tui.

Domina, Quinquag. seu Esto mihi.

Introitus.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii, ut salvum me facias, quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu, & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me.

Vers. In te, Domine, speravi, non confundar in æternum, in justitia tua libera me. Gloria Patri &c.

Tractus.

Jubilate Domino omnis terra, servite Domino in lætitia.

Intrate in conspectu ejus in exultatione.

Scitote, quod Dominus ipse est Deus.

Ipse fecit nos, & non ipsi nos, nos autem populus ejus, & oves pascuæ ejus.

Domina, Quadrages. seu Invocavit.

Introitus.

Invocavit me, & ego exaudiam eum, eripiam eum, & glorificabo eum, longitudine dierum adimplebo eum.

Vers.

Vers. Qui habitas in adjutorio altissimi,
in protectione Dei cœli commorabitur.

Gloria Patri &c.

Tractus.

Qui habitat in adjutorio altissimi, in
protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet Domino, susceptor meus es tu, &
refugium meum Deus meus, sperabo in
eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo
venantium, & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pen-
nis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus, non ti-
mebis à timore nocturno.

A sagitta volante per diem à negotio per-
ambulante in tenebris à ruina & dæmonio
meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem mil-
lia à dextris tuis, tibi autem non appro-
pinquabit.

Quoniam Angelis suis mandavit de te,
ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te, ne (fortè) un-
quam offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis,
& conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum,

protegā eum, quoniam cognovit nō
men meum.

Invocavit me, & ego exaudiam eum,
cum ipso sum in tribulatione.

Eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum ad implebo eum,
& ostendam illi salutare meum.

Dominica Reminiscere.

Introitus.

REminiscere miserationum tuarum, Do-
mine, & misericordiæ tuæ; quæ à secu-
lo sunt, ne unquam dominantur nobis ini-
mici nostri, libera nos, Deus Israël, ex o-
mnibus angustiis nostris.

Vers. Ad te, Domine, levavi animam
meam, Deus mēus in te confido, non e-
rubescam. Gloria Parri &c.

Tractus.

DIxit Dominus mulieri Cananææ: non
est bonum sumere panem filiorum, &
mittere canibus ad manducandum.

A illa dixit: utique, Domine, nam &
catelli edunt de micis, quæ cadunt de men-
sa dominorum suorum.

Ait illi Jesus: ô mulier! magna est fides
tua, fiat tibi, sicut petisti.

Dominica Oculi.

Introitus.

OCuli mei semper ad Dominum, quia
ipse

ipse evellet de laqueo pedes meos, respice
in me, & miserere mei, quoniam unicus
& pauper sum ego.

Vers. Ad te, Domine, levavi animam
meam, Deus meus, in te confido, non
erubescam.

Gloria Patri &c.

Tractus.

AD te levavi oculos meos, qui habitas
in cœlis.

Ecce sicut oculi servorum in manibus
Dominorum suorum.

Et sicut oculi ancillæ in manibus Domi-
næ suæ.

Ita oculi nostri ad Dominum Deum no-
strum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri, Domine, miserere no-
stri.

Dominica Lætare.

Introitus.

Lætare Jerusalem, & conventum facite
omnes, qui diligitis eam: gaudete
cum lætitia, qui in tristitia fuistis, ut exul-
tetis, & satiemini ab uberibus consolati-
onis.

Vers. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt
mihi, in domum Domini ibimus.

Gloria Patri, &c.

Tra-

Tractus.

Qui confidunt in Domino, sicut mons
Syon non commovebitur in æternum,
qui habitat in Jerusalem.

Montes in circuitu ejus, & Dominus in
circuitu populi, ex hoc nunc & usque in
seculum.

Dominica in Passione seu Judica.

Introitus.

Judica me, Deus, & discerne causam
meam de gente non sancta, ab homine
iniquo & dolo eripe me, quia tu es De-
us meus, & fortitudo mea.

Ver. Emitte lucem tuam & veritatem
tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt
in montem sanctum tuum.

Tractus.

Sæpe expugnaverunt me à juventute
mea.

Dicat nunc Israël: sæpe expugnaverunt
me à juventute mea.

Et enim non potuerunt mihi: supra dor-
sum meum fabricaverunt peccatores.

Prolongaverunt iniquitatem fibi: Domi-
nus justus concidet cervices peccatorum.

Dominica Palmarum.

Introitus.

Domine, ne longè facias auxilium tu-
um

um à me, ad defensionem meam aspice,
libera me de ore leonis, & à cornibus u-
nicornium humilitatem meam.

Vers. Deus Deus meus respice in me,
quare me dereliquisti.

Tractus.

Deus Deus meus respice in me, quare
me dereliquisti?

Longe à salute mea verba delictorum
meorum.

Deus meus clamabo per diem, nec exau-
dies, & nocte & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas laus Israël.

In te speraverunt patres nostri sperave-
runt, & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt,
in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo,
opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes, qui videbant me, asperna-
bantur, me, locuti sunt labiis, & move-
runt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum, sal-
vum faciet eum, quoniam vult eum.

Ipsi vero consideraverunt & conspexe-
runt me, diviserunt sibi vestimenta mea,
& super uestem meam miserunt sortem.

Libera me de ore leonis, & à cornibus
unicornium humilitatem meam.

Qui

Qui timetis Dominum laudate eum universum semen Jacob, magnificate eum.

Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciat cœli justitiam ejus.

Populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

In Die Paschæ

Introitus.

Resurrexi, & adhuc tecum sum, Alleluja, posuisti super me manum tuam, Alleluja, mirabilis facta est scientia tua, Alleluja, Alleluja.

Vers. Domine, probasti me & cognovisti me, tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam.

Gloria Patri &c.

Graduale.

Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea.

Vers. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.

Alleluja. Pascha nostrum immolatus est Christus.

Sequentia.

Agnii paschalis esu potuque dignas. Moribus sinceris præbeant omnes se Christianæ animæ,

Pro

Pro quibus se Deo hostiam obtulit ipse
summus pontifex.

Quarum frons in postis est modum ejus
illita sacrosancto cruore, & tuta à clade
canopica.

Quarum crudeles hostes in mari rubro
sunt obruti.

Renes constringant ad pudicitiam.

Pedes tutentur adversus viperas.

Baculosque spiritales contra canes jugi-
ter manu bajulent.

Ut pascha Jesu mereantur sequi, quo de-
baratro viator rediit.

En redivivus mundus ornatibus.

Christo consurgens fideles admonet.

Post mortem melius cum eo victurus.

Feria II. Paschæ.

Introitus.

Introduxit vos Dominus in terram fluen-
tem lac & mel, Alleluja, & ut lex Do-
mini semper sit in ore vestro, Alleluja, Al-
leluja.

Vers. **C**onfitemini Domino, quoniam
bonus, quoniam in seculum misericordia
eius.

Gloria Patri &c.

Graduate.

HÆc dies, quam fecit Dominus exulte-
mus & lætemur in ea.

Vers.

Ver. Dicat nunc Israël, quoniam bonus,
quoniam in seculum misericordia ejus.

Alleluja. Angelus Domini descendit de
cœlo, & accedens revolvit lapidem, & se-
debat super eum.

Sequentia.

LAudes Salvatori voce modulemur sup-
plici.

Et devotis melodiis cœlesti Domino ju-
bilemus Messia.

Qui seipsum exinanivit, ut nos perditos
liberaret homines.

Carne gloriam deitatis occulens, pan-
nis tegitur in præsepi, miserans præcepti
transgressorem, pulsum patria paradisi
nudulum.

Joseph Mariæ Simeoni subditur, circum-
ciditur, & legali hostia mundatur, ut pec-
cator nostra qui solet relaxare crimina.

Servi subiit manus baptizandus, & per-
fert fraudes tentatoris, fugit persequen-
tium lapides.

Famem patitur, dormit ac tristatur, ac
lavat discipulis pedes Deus homo summus
humilis.

Sed tamen inter hæc abjecta corporis
ejus deitas nequaquam quivit latere signis
variis & doctrinis prodita.

Aquam nuptiis dat saporis vinei, cœcos
ocu-

oculos claro lumine vestivit, lepram luri-
dam tactu fugat placido,

Putres suscitat mortuos membraque curat
debilia, fluxum sanguinis constringit, &
saturavit quinque de panibus quina millia.

Stagnum peragrat fluctuans ceu siccum
littus ventos sedat: linguam referat con-
strictam, reclusit aures privatas: vocibus
febres depulit.

Post haec mira miracula taliaque.

Sponte suâ comprehenditur & damna-
tur.

Et se crucifigi non despexit.

Sed sol mortem ejus non aspergit.

Illuxit dies, quam fecit Dominus, mortem
devastans, & victor suis apparens dilecto-
ribus vivus.

Primò Mariæ, de hinc Apostolis docens
scripturas, cor aperiens, ut clausa de ipso
referaret.

Favent igitur resurgentì Christo cuncta
gaudiis, flores, segetes redivivo fructu ver-
nant, & volucres gelu tristi terzo dulce ju-
bilant.

Lucent clarius Sol & Luna morte Chri-
sti turbida, tellus herbida resurgentì plau-
dit Christo, quæ tremula ejus morte se ca-
surum minitat.

K

Ergo

Ergo die ista exultemus, qua nobis viam vitæ resurgens patefecit Jesus.

Astra, solum, mare jucundentur, & cuncti gratulentur in cœlis spirituales chorii Trinitati.

Feria III. Paschatos.

Introitus.

AQua sapientiæ potavit eos, Alleluja, firmabitur in illis, & non flectetur, Alleluja, & exaltabit eos in æternum, Alleluja, Alleluja.

Vers. Confitemini Domino, & invocate nomen ejus annunciate inter gentes opera ejus. Gloria Patri &c.

Graduale.

HÆc dies, quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea.

Vers. Dicant nunc, qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos.

Alleluja. Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non damnabitur.

Sequentia.

Victimæ paschali laudes immolent Christiani.

Agnus redemit oves Christus innocens Patri reconciliavit peccatores,

Mors

Mors & vita duello conflixere mirando,
dux vita mortuus regnat vivus.

Dic nobis Maria, quid vidisti in via? se-
pulchrum Christi viventis, & gloriam vidi
resurgentis.

Angelicos testes, sudarium & vestes:
surrexit Christus spes mea, præcedet suos
in Galilæam.

Credendum est magis soli Mariæ veraci,
quam Judæorum turbæ fallaci.

Scimus, Christum surrexisse à mortuis
verè, tu nostri victor rex miserere.

Dominica Quasimodogeniti.

Introitus.

Quasimodogeniti infantes, Alleluja,
rationabiles sine dolo, lac concipi-
scite, Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Vers. Exultate Deo adjutori nostro, ju-
bilate Deo Jacob. Gloria Patri &c.

Alleluja. Pascha nostrum immolatus est
Christus.

Dnica. Misericord. Domini.

Introitus.

Misericordia Domini plena est terra,
Alleluja, verbo Dei cœli firmati sunt,
Alleluja, Alleluja.

Vers. Exultate justi in Domino, rectos
decet collaudatio. Gloria &c

K 2

Al-

Alleluja. Surrexit pastor bonus, qui posuit animam suam pro ovibus suis, & pro suo grege mori dignatus est.

Dominica Jubilate.

Introitus.

Jubilate Deo omnis terra, Alleluja, psalmum dicite nomini ejus, Alleluja, date gloriam laudi ejus, Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Vers. Dicite Deo, quām terribilia sunt opera tua, Domine, in multitudine, virtutis tuæ. Gloria Patri &c.

Dominica Cantate.

Introitus.

Cantate Domino canticum novum, Alleluja, quia mirabilia fecit Dominus, Alleluja, ante conspectum gentium revealavit justitiam suam, Alleluja, Alleluja.

Vers. Salvabit sibi dextera ejus, & brachium sanctum ejus.

Gloria Patri &c.

Dominica Rogate.

Seu

Vocem Jucunditatis.

Vocem Jucunditatis annunciate, & au-

dia-

diatur, Alleluja, nunciate usque ad extre-
mum terræ, liberavit Dominus populum
suum, Alleluja, Alleluja.

Vers. Jubilate Deo omnis terra, Psal-
mum dicite nomini ejus, date gloriam lau-
di ejus. Gloria Patri &c.

Feria II. III. & IV. rogationum, &
finita quidem III. atque VI.

Introitus.

Exsurge, Domine, adjuva nos, & libera
nos propter nomen tuum, Alleluja.

Vers. Deus auribus nostris audivimus,
patres nostri annunciaverunt nobis,

Gloria Patri &c.

In Die Ascensionis Christi.

Introitus.

Viri Galilæi, quid admiramini aspi-
cientes in cœlum? Alleluja, quem-
admodum vidistis eum ascendentem in cœ-
lum, ita veniet, Alleluja, Alleluja, Al-
leluja.

Vers. Omnes gentes plaudite manibus,
jubilate Deo in voce exultationis.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Ascendit Deus in jubilatione,
& Dominus in voce tubæ.

Sequentia.

Summi triumphum Regis prosequamur laude.

Qui cœli, qui terræ regit sceptra inferni jure domito.

Qui se se pro nobis redimendis per magnum dedit pretium.

Huic nomen exstat conveniens Jdithum.

Nam transilivit omnes strenuè montes colliculosque Bethel.

Saltum de cœlo dedit in virginalem ventrem, inde in Pelagus seculi.

Postquam illud suo mitigavit potentatu tetrast Phlegetontis affiliit tenebras.

Principis illius disturbato imperio.

Maniplis plurimis inde erutis mundum illustrat suo jubare.

Captivitatemque detentam inibi vicitor duxit secum.

Et redivivum jam suis se præbuit servis & amicis.

Denique saltum dederat hodie maximum, nubes polosque cursu perpeti transiens.

Celebret ergo populus hunc diem credulus, cuius morbida Jdithum corpora in semetipso altis sedibus cœli invexit Dei filius

Et

Et tremens judicem exspectat ad futurum, & duo Angeli fratres docuerunt

Qui Jesus à vobis assumptus est in cœlum, iterum veniet, ut vidistis eum.

Jam Iuditum nostrum vocibus sedulis omnes imploremus.

Ut à dextris patris, qui sedet, Spiritum mittat nobis sanctum.

In fine seculi ipse quoque semper sit nobiscum.

Dominica Exaudi.

Omnia ut in Die Ascensionis Domini,
pag. 143.

De Dominicâ,

Introitus.

Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te, Alleluja, tibi dixit cor meum, quæsivi vultum tuum, vultum tuum, Domine, requiram, ne avertas faciem tuam à me, Alleluja, Alleluja.

Vers. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Dominus in Synai sancto ascendens in altum, captivam duxit captivitatem.

In Festo Pentecostes.

Introitus.

Spiritus Domini replevit orbem terrarum, Alleluja, & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Vers. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis à templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Veni Sancte Spiritus, repletuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia.

Sancti Spiritus adsit nobis gratia.

Qui corda nostra sibi faciat habitaculum.

Expulsis inde cunctis vitiis spiritualibus,
Spiritus alme illustrator hominum.

Horridas nostræ mentis purga tenebras,
Amator sancte sensatorum semper cogita tua.

Infunde unctionem tuam clemens nostris sensibus.

Tu purificator omnium flagitorum Spiritus.

Purifica nostri oculum interioris hominis.

U

Ut videri supremus genitor posfit à nobis.

Mundi cordis, quem soli cernere possunt oculi.

Prophetas tu inspirasti, ut præconia Christi præciniuissent inclyta.

Apostolos confortasti uti trophæum Christi per totum mundum veherent.

Quando machinam per verbum suum fecit Deus cœli, terræ, marium.

Tu super aquas futurus eas, numenatum expandisti spiritus.

Tu animabus vivificandis aquas fœcundas.

Tu inspirando das spirituales esse homines.

Tu divisum per totum mundum & ritus adunasti, Domine.

Idolatras ad cultum Dei revocas magistrorum optime.

Ergo nos supplicantes tibi exaudi propitiatus sancte Spiritus.

Sine quo preces omnes castæ creduntur & indignæ Dei auribus.

Tu qui omnium seculorum sanctos tui numinis docuisti insinuisti amplectende Spiritus.

Ipse hodie Apostolos Christi donans munere insolito & cunctis in auditio seculis.

Hunc diem gloriosum fecisti.

Feria II. Pentecostes.

Introitus.

Cibavit eos ex adipe frumenti, Alleluja, & de petra melle saturavit eos, Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Vers. Exultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob.

Gloria Patri, &c.

Alleluja. Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Feria III. Pentecostes.

Introitus.

Accipite jucunditatem gloriæ vestræ, Alleluja, gratias agentes Deo, Alleluja, qui vos ad cœlestia regna vocavit, Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Vers. Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria Patri &c.

Alleluja. Paracletus, Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnem veritatem,

Sequentia.

Veni Sancte Spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ radium.

Veni Pater pauperum, veni dator munierum, veni lumen cordium.

Con-

Consolator optime, dulcis hospes animæ,
dulce refrigerium.

In labore requies: in æstu temperies: in
fletu solatium.

O lux beatissima, reple cordis interna
tuorum fidelium.

Sine tuo numine nihil est in homine,
nihil est innoxium.

Lava, quod est sordidum, riga, quod
est aridum: rege, quod est devium.

Flecte, quod est rigidum: sove, quod
est languidum: sana quod est faucium.

Da tuis fidelibus: in te confidentibus sa-
cram septenarium.

Da virtutis meritum: da salutis exitum:
da perenne gaudium.

Dominica Trinitatis.

Introitus.

Benedicta sit sancta Trinitas, atque in-
divisa unitas, confitebimur ei, quia
fecit nobiscum misericordiam suam.

Ver. Benedicamus Patrem & Filium cum
Sancto Spiritu. Gloria Patri &c.

Alleluja. Benedictus es, Domine Deus
patrum nostrorum, & laudabilis in secula.

Sequentia.

Benedicta semper sancta sit Trinitas,
Deitas scilicet Unitas, coæqualis glo-
ria. Pa-

Pater, Filius, Sanctus Spiritus : tria sunt nomina omnia, eadem substantia.

Deus genitor, Deus genitus in utroque sacer Spiritus deitate socia.

Non tres tamen Dij sunt, Deus verus unus est, sic Pater Dominus, filius Spiritusque Dominus.

Proprietas in personis unitas est & in essentia.

Majestas par & potestas decus, honor atque per omnia.

Sidera, Maria continens arva simul & universa condita.

Quem tremunt impia tartara colit quoque quem & abyssus infima.

Nunc omnis vox atque lingua fateatur hunc laude debita.

Quem laudat sol atque luna, dignitas adorat angelica.

Et nos voce præcelsa omnes modulemur organica cantica dulci melodia.

Eja & eja nunc simul omnes jubilemus alti throno Domino laudes in excelsis.

O adoranda Trinitas.

O veneranda Unitas.

Per te sumus creati vera æternitas.

Per te sumus redempti: summa tu charitas.

Populum cunctum tu protege, salva,
libera, eripe & emunda. Te

Te adoramus, omnipotens, tibi canimus; tibi laus & gloria.
Per infinita secula seculorum.

Dnica I. Post. Festum Trinitatis

Omnia iterum ut in Feste Trinitatis
pag. 149.

de dominica.

Introitus.

Domine, in tua misericordia speravi,
exultavit cor meum in salutari tuo,
cantabo Domino, qui bona tribuit mihi.

Vers. Usque quò, Domine, obli-
sceris me in finem, usque quò avertis faci-
em tuam à me.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Domine Deus meus, in te spe-
ravi, salvum me fac ex omnibus perse-
quentibus me, & libera me.

Dnica. II. Post. Festum Trinit.

Introitus.

Factus est Dominus protector meus,
& eduxit me in latitudine, salvum me
fecit, quoniam voluit me.

Vers. Diligam te, Domine, virtus mea,
Dominus firmamentum meum & refugi-
um meum. Gloria Patri &c.

Al-

Alleluja. Deus iudex justus, fortis & patiens, numquid irascetur per singulos dies.

Dnica III. Post. Fest. Trinitatis.

Introitus.

REspice in me, & miserere mei, Domine, quoniam unicus & pauper sum ego, vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea, Deus meus.

Vers. Ad te, Domine, levavi animam meam, Deus meus, in te confido, non erubescam.

Gloria Patri &c.

Alleluja. In te, Domine, speravi, non confundar in æternum, in tua iustitia libera me, & eripe me: inclina ad me aurem tuam, accelera, ut eripias me.

Dominica IV. Post. Fest. Trinit.

Introitus.

Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo, Dominus defensor vita meæ, à quo trepidabo, qui tribulant me, inimici mei infirmati sunt, & ceciderunt.

Vers. Si confistant adversum me castra, non timebit cor meum. Gloria Patri &c.

Al-

Alleluja. Omnes gentes plaudite manibus: jubilate Deo in voce exultationis.

Dominica V. post Trinitatis

Introitus.

Exaudi, Domine, vocem meam, quâ clamavi ad te; adjutor meus es tu, ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus.

Vers. Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Jerusalem.

Dominica VI. post Trinitatis.

Introitus.

Dominus fortitudo plebis suæ, & protector salutarium Christi sui est: salvum fac populum tuum, Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos usque in seculum.

Vers. Ad te, Domine, clamabo, Deus meus, ne fileas à me, ne quando taceas à me. Gloria Patri &c.

Alleluja. Attendite, popule meus legem meam,

Domi-

Dominica VII. post Trinitatis.

Introitus.

OMnes gentes plaudite manibus; jubilate Deo in voce exultationis.

Vers. Subjecit populos nobis, & gentes
sub pedibus nostris,
Gloria Patri &c.

Alleluja. Exultate Deo Adjutori nostro:
jubilate Deo Jacob, sumite Psalmum jucundum cum cithara.

Dnica, Vlll. Post. Trinit.

Introitus.

Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ, justitia plena est dextera tua.

Vers. Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei nostri in monte sancto ejus. Gloria Patri &c.

Alleluja. Domine Deus salutis meæ, in die clamavi & nocte coram te.

Dominica IX. Post. Trinit.

Introitus.

Ecce Deus adjuvat me, & Dominus susceptor est animæ meæ, averte mala inimicis meis in veritate tua disperde illos, protector meus, Domine, Vers.

Vers. Deus in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua libera me.

Gloria Patri, &c.

Alleluja. Domine, refugium factus es nobis à generatione & progenie.

Dominica X. Post Trinitatis.

Introitus.

Dum clamarem ad Dominum, exaudi vit vocem meam ab his, qui approximant mihi, & humiliavit eos, qui est ante secula, & manet in æternum, juxta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutiet.

Vers. Exaudi, Deus, orationem meam, & ne despixeris deprecationem meam.

Gloria Patri, &c.

Alleluja. Venite, exultemus Domino, Jubilemus Deo salutari nostro.

Dnica. XI. post Trinitatis.

Introitus.

Deus in loco sancto suo, Deus, qui habitare facit unanimes in domo, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ.

Vers. Exsurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiunt, qui oderunt eum à facie ejus.

Gloria Patri &c.

L

Al-

Alleluja. Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnem terram.

Dnica. XII. post Trinitatis.

Introitus.

Deus in adjutorium meum intende, Domine, ad adjuvandum me festina: Confundantur & revereantur inimici mei, qui querant animam meam.

Vers. Avertantur retrorsum, & erubescant, qui cogitant mihi mala.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Confitemini Domino, & invoke nomen ejus: annunciate inter gentes opera ejus.

Dnica XIII. post Trinitatis.

Introitus.

Respice, Domine, in testamentum tuum, & animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem: exsume, Domine, & judica causam tuam, & ne obliviscaris voces querentium te.

Vers. Ut quid Deus repulisti in finem, iratus est populus tuus super oves pascuæ tuæ. Gloria Patri &c.

Alleluja. Paratum cor meum, Deus, para

paratum cor meum, cantabo & psallam tibi in gloria mea,

Dnica. XIV. post Trinitatis.

Introitus.

Protector noster aspice, Deus & respi-
ce in faciem Christi tui, quia melior
est dies una in atris tuis super millia.

Vers. Quām dilecta tabernacula tua,
Domine virtutum, concupiscit & deficit
anima mea in atria Domini.

Gloria Patri, &c.

Alleluja. Qui timent Dominum, spe-
rent in eum, adjutor & protector eo-
rum est.

Dnica. XV. post Trinitatis.

Introitus.

Inclina, Domine, aurem tuam ad me,
& exaudi me, salvum fac servum tuum,
Deus meus sperantem in te, miserere
mei, Domine, quoniam ad te clamavi to-
ta die.

Vers. Lætifica animam servi tui, quo-
niā ad te, Domine, animam meam le-
vavi. Gloria Patri &c.

Alleluja. Dilexi, quoniam exaudivit
Dominus vocem meam.

Dnica. XVI. post Trinitatis.

Introitus.

Miserere mei, Domine, quoniam ad te
clamavi totâ die, quoniam tu, Domine,
suavis ac mitis es, & copiosus in
misericordia omnibus invocantibus te.

Vers. Inclina, Domine, aurem tuam,
& exaudi me, quoniam inops & pauper
sum ego.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Laudate Dominum omnes
gentes, & collaudate eum omnes populi
eius.

Dnica. XVII. post Trinitatis.

Introitus.

Justus es, Domine, & rectum judicium
tuum, fac cum servo tuo secundum mi-
sericordiam tuam.

Vers. Beati immaculati in via, qui am-
bulant in lege Domini.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Dextera Dei fecit virtutem, de-
xtera Domini exaltavit me.

Dnica. XVIII. post Trinitatis.

Introitus.

Da pacem, Domine, sustinentibus te,

ut prophetæ tui fideles inveniantur, exaudi preces servi tui & plebis tuæ Istaël.

Vers. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Qui confidunt in Domino, sicut mons Syon non commovebittur in æternum, qui habitat in Jerusalem.

Dnica. XIX. post Trinitatis.

Introitus.

Salus populi ego sum, dicit Dominus, de quacunque tribulatione clamaverint ad me, exaudiam eos, & ero illorum Dominus in perpetuum.

Vers. Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba otis mei.

Gloria Patri &c.

Alleluja. De profundis clamavi ad te, Domine, Domine, exaudi vocem meam.

Dominica XX. post Trinitatis.

Introitus.

Omnia, quæ fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti, quia peccavimus tibi, & mandatis tuis non obedivimus, sed da gloriam nomini tuo, & fac nobis

L 3

cum

cum secundum multitudinem misericordiae tuæ.

Vers. Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei nostri in monte sancto ejus. *Gloria Patri &c.*

Alleluja. Confitebor tibi. Domine, in toto corde meo, & in conspectu Angelorum psallam coram te.

Dnica. XXI. post Trinitatis.

Introitus.

IN voluntate tua Domine, universa sunt posita, & non est, qui posit resistere voluntati tuæ; tu enim fecisti omnia, cœlum & terram, & universa, quæ cœli ambitu continentur, Dominus universorum tu es.

Vers. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo, quamdiu ero.

Dnica. XXII. post. Trinitatis

Introitus.

Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? quia apud te propitiatio est, Deus Israël.

Vers.

Vers. De profundis clamavi ad te, Domine, Domine, exaudi vocem meam.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

Dominica

**XXIII. XXIV. XXV. XXVI.
& XXVII.**

post Trinitatis.

Introitus.

Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: invocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captivitatem vestram de cunctis locis.

Vers. Benedixisti, Domine, terram tuam, avertisti captivitatem Jacob.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Lauda Jerusalēm Dominum, lauda Deum tuum Syon.

Sequentia.

Benedicta semper sancta sit Trinitas,
ut pag. 149.

Credo in unum Deum, ut pag. 118.

In Festo
Purificationis B. M. Virginis.

Introitus.

Ut Dominica Vlll. post Trinitatis,
pag. 154.

Suscepimus, Deus, Misericordiam tuam,
in medio templi tui secundum nomen
tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ ju-
stitia plena est dextera tua.

Vers. Magnus Dominus & laudabilis
nimis in civitate Dei nostri in monte san-
cto ejus.

Gloria Patri &c.

Kyrie sumnum s. Angelicum cum reli-
quis, ut pag. 117.

Alleluja. Diffusa est gratia in labiis tuis,
propterea benedixit te Deus in æternum.

Sequentia.

Eja recolamus laudibus ut in Die Nati-
vitatis Christi. pag. 122.

Nota.

Si verò Festum Purificationis in vel post
Septuagesimam occurrat, tunc Al-
leluja pariter ac sequentia supra
præscripta non canuntur, sed illo-
rum loco Epistolicâ Lectione fini-
ta canitur hic sequens

Tra.

Tractus.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, quia concupivit Rex speciem tuam.

Vultum tuum deprecabuntur omnes dientes plebis, Filiæ Regum in honore tuo.

Adducentur Regi Virgines post eam proximæ ejus adducentur tibi.

Adducentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis,

In Festo

Annunciationis B. M. Virginis.

Introitus.

Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Vers. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum.

Gloria Patri &c.

Tractus.

Audi filia & vide &c.

Ut in Fest. Purificationis Mariæ.

vid. supra pag. 163.

In Festo

Johannis Baptistæ.

Introitus.

DE ventre matris meæ vocavit me Dominus.

minus nomine meo, & posuit os meum
ut gladium acutum sub tegumento manus
suae protexit me, posuit me quasi sagittam
electam.

Vers. Bonum est confiteri Domino, &
psallere nomini tuo, altissime.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Erat Johannes prædicans in
deserto baptismum pœnitentiae.

Sequentia

de Dominica.

Vel

de Quatuor Evangelistis.

Jucundare plebs fidelis, cuius Pater est in
cœlis, recolens Ezechielis Prophetæ præ-
nia.

Est Johannes testis Christi scribens in
Apocalypsi, verè vidi, verè scripsi vera
testimonia.

Circa Thronum Majestatis cum spiriti-
bus beatis quatuor diversitatis adstant ani-
malia.

Formam primū leoniam & secundum
aquilinam, sed humanam & bovinam, duo
gerunt alia.

Formæ formant figurarum formas Evan-
gelistarum, quibus imber doctrinarum stil-
lat in Ecclesia.

Hi

Hi sunt Marcus & Matthæus, Lucas, &
quem Zebedæus Pater misit tibi Deus, dum
laxaret retia.

Formam viri dant Matthæo, quia scri-
psit sic de Deo, sic descendit ab eo, quem
plasmavit hominem.

Lucas bos est in figura, ut præmonstrat
in scriptura hostiarum tangens jura legis
sub velamine.

Marcus leo per desertum clamans rugit
in apertum, iter Deo fiat certum, mun-
dum cor à crimen.

Sed Johannes ala bina charitatis, aqui-
lina forma fertur in divina puriori lu-
mine.

Quatuor describunt isti quadriformes a-
etius Christi, & figurant, ut audisti, quis-
que suam formulam.

Natus homo declaratur, vitulus sacri-
ficiatur, leo mortem deprædatur, & ascendit
aquila.

Ecce forma bestialis, quam scriptura pro-
phetalis notat, sed materialis hæc est im-
posito.

currunt rotis, volant alis, nisus sensu
spiritualis rota gressus est æqualis ista con-
templatio.

Paradisus his rigatur, viret, floret, fœ-
cundatur, his abundat, his lætatur qua-
tuor fluminibus.

Fons

Fons est Christus, hi sunt rivi, fons est
altus, hi proclivi, ut saporem fontis vivi
ministrent fidelibus.

Horum rivo ebriatis: sitis crescat cha-
ritatis: ut de fonte pietatis satiemur ple-
nius.

Horum trahat nos doctrina: vitiorum
de sentia: sicque ducat ad divina ab imo
superius.

In Festo

Visitationis B. M. Virginis.

Introitus.

GAudeamus omnes in Domino diem
festum celebrantes beatæ Mariæ Vir-
ginis, de cuius visitatione gaudent ange-
li, & collaudant filium Dei.

Vers. Eructavit cor meum verbum bo-
num, dico ego opera mea regi.

Gloria Patri &c.

Alleluja. Specie tuâ & pulchritudine
tuâ intende, prosperè procede & regna.

Vel

Alleluja. Diffusa est gratia in labiis tuis,
propterea benedixit te DEUS in æter-
num.

Sequentia.

ILlibata mente sanâ abiit virgo in mon-
tana salutando gravidam.

Onus

Onus ferens præsuave roborata sumto
ave semen mulcet pravidam.

Hanc ut vidit hæc Matrona Elisabeth,
inquit dona quis mihi tot tribuit?

Ad me mater quod veniret : deitatem
non sentiret : quis hoc nefas induit ?

Nate clausas unde ovas cernens proles
nova qui te scire docuit.

Novos novus gratulatur: mater matrem
amplexatur: totum Deus voluit.

Eja ambit illa illam matrem Dei & anticillam hæc eam similiter.

Sacra virgo paeti rata magnificat voce
grata decantat humiliter.

In Festo S. Michaëlis.

Introitus.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus
potentes virtute, qui facitis verbum
ejus ad audiendum vocem sermonum
ejus.

Vers. Benedic anima mea Domino, &
omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto
ejus. Gloria Patri &c.

Alleluja. Concussum est mare, & con-
tremuit terra, ubi Archangelus Michaël de-
scendebat de cœlis.

Sequentia. **S**umme Rex Christe Angelorum omni-
um. Te

Te namque profitemur esse supernorum civium principem.

Tu Patrem obsecra pro nobis, ut mittat auxilium miseris.

Principalis est potestas à Patre tibi donata peccantes salvificare animas.

Ut jubeas petimus, Angelos sanctos pro nobis agere excubias omni tempore.

Ne quid satan & mundus nocere nobis possint in his, quæ sunt veræ fidei.

Et ut tuum verbum feliciter rectèque doceatur tanquam in conspectu Dei.

Fac ut Angelorum præsidio servemur in humilitate spiritus, ne in præsumptionem prolabamur.

Sic enim pravi Spiritus è cœlis olim cederunt ex Angelis bonis mali facti demones.


Audi nos, Christe redemptor, & defende nos contra fallaces horum infidias per Angelos pios, qui semper canunt: laus sit Regi Domino.

Agimus summas cœlesti gratias patri, qui Christum pro nobis dedit, & per sanctos Angelos tuetur nos miseros in tantis malis hujus vitæ.

F I N I S.

rum
nits
na
pro
obis
que
nur
tior
ce
dz
en
per
aus
atri,
an
ntis

* * (o) *



INDEX.

A.

- | | |
|-------------------------------------|-----|
| Accende lumen sensibus | 27 |
| Accipite jucunditatem | 148 |
| Ad cœnam agni providi | 103 |
| Ad Dominum cum tribularer | 49 |
| Adorate Deum omnes | 128 |
| Ad te levavi animam meam | 117 |
| Ad te levavi oculos meos | 52 |
| Ad te levavi oculos meos qui Tract. | 133 |
| Ad sunt festa jubilæa | 111 |
| Agni paschalis esu potuque | 136 |
| Anni peractis mensibus | 107 |
| Aqua sapientiæ potavit | 140 |
| A solis ortus cardine | 93 |
| Audi filia & vide | 163 |

B.

- | | |
|---------------------------|-----|
| Beata Christi passio | 101 |
| Beati omnes, qui timent | 56 |
| Beatus vir, qui non abiit | 9 |

M

Bea-

INDEX.

Beatus vir, qui timet Domini	44
Benedic anima mea Domino	16
Benedictus Dominus Deus meus	72
Benedictus Dominus Deus Israël	28
Benedicite omnia opera Domini	23
Benedicta sit sancta Trinitas	149
Benedicta semper sancta sit	149
Benedicite Domino omnes	167
Bonitatem fecisti cum servo	32

C.

Cantate Domino canticum novum <i>Introitus.</i>	142
Cantate Domino canticum novum cantate Domino omnis terra	7
Cantate Domino canticum nov. quia	8
Cantate Domino canticum novum, laus ejus	26
Christe qui lux es & dies	97
Cibavit eos ex adipe	148
Circumdederunt me gemitus	129
Clamat anus cum jubilo	110
Clamavi in toto corde	39
Cœli Deus sanctissime	58
Commovisti, Domine, terram	130
Confitemini Domino, quoniam	62
Confitebor tibi, Domine, in	43
Confitebor tibi, Domine	66

Con-

INDEX.

44	Conditor alme siderum	91
16	Corde natus ex parentis	94
72	Credidi propter quod locutus	48
28	Credo in unum Deum	118
23	Crucem pro nobis subiit	100
49	Cum invocarem, exaudivit	81

D.

Da Pater omnipotens	101
Da pacem, Domine, sustinentib.	158
Deus Creator omnium	78
Deus Deus meus, ad te	22
Deus Deus meus respice	135
Deficit in salutare tuum	34
Deus in adjutorium meum	156
Deus in loco sancto suo	155
Deus misereatur nostri	23
De profundis clamavi <i>Tract.</i>	129
De profundis clamavi	57
De ventre matris meæ	163
Dicit Dominus, ego cogito	161
Dilexi quoniam exaudier	48
Dixit Dominus Domino meo	42
Dixit Dominus mulieri	132
Doctor egregie Paule	108
Domine, in tua misericordia	151
Dominus illuminatio mea	152
Dominus fortitudo plebis	153
M 2	Do-

INDEX.

Domine ne longe facias	134
Domine, clamavi ad te	70
Dominus regnavit decorem	21
Domine, quid multiplicati sunt	11
Domine non est exaltatum	58
Domine, probasti me, &	67
Dum clamarem ad Dominum	155
Dum medium silentium	126

E.

Ecce advenit dominator	126
Ecce Deus adjuvat me	154
Ecce nunc benedicite	83
Ecce quam bonum, & quam	60
Eja recolamus laudibus	122
Esto mihi in Deum protectorem	130
Eripe me, Domine, ab homine	69
Etenim sederunt principes	123
Exaltabo te, Deus meus	74
Exaudi, Domine, vocem	145
Ex Syon species decoris	120
Exsurgat Deus, & dissipentur	13
Exsurge, quare obdormis	129
Exsurge, Domine, adjuva	143
Exultemus pari voto	124

F.

Factus est Dominus protector	151
------------------------------	-----

Fe-

INDEX.

- 134 Festum nunc celebre 105
 70 Fit porta Christi pervia 109

G.

- 21
 11
 58 Gaudeamus omnes in Domino
 67 Gaudete in Domino semper 120
 155 Grates nunc omnes 127

H.

- 126 Hæc dies, quam fecit Dominus 136
 154 Hoc in templo summe 114
 83 Honor matris & gaudium 109
 60 Hostis Herodes impie 95

I.

- 122
 130
 69 Jesu nostra redemptio 160
 123 Jesu quadragenariæ 97
 74 Immense cœli conditor 51
 153 In convertendo Dominus 54
 120 Hibata mente sana 166
 13 In exitu Israël de 45
 129 In excelsô throno vidi sedere 127
 143 Iniquos odio habui 36
 124 In te, Domine speravi 82
 Inclina, Domine, aurem 157
 151 In medio ecclesiæ 124
 Fe. Introduxit vos Dominus 137

M 3

Invo-

INDEX.

Invocavit me, & ego	130
Involuntate tua, Domine	160
Iste Confessor Domini	115
Jubilate Deo omnis terra	21
Jubilate Deo omnis terra <i>Introit.</i>	14
Jubilate Domino omnis terra	130
Judica me Deus, & discerne	134
Jucundare plebs fidelis	164
Justus es, Domine, & rectum	158

K.

Kyrie eleison	117
---------------	-----

L.

Lauda anima mea Dominum	76
Laudate Dominum omnes	49
Laudate Dominum, quoniam	71
Laudate Dominum de cœlis	25
Laudate Dominum in sanctis	27
Laudate nomen Domini	61
Laudate pueri Dominum	44
Lauda Hierusalem Domini	78
Laudes Salvatori voce	138
Lætare Jerusalem, &	133
Lætatus sum in his, quæ	51
Legem pone mihi, Domine	30
Lævavi oculos meos.	50
Lucis Creator optime	47
	Ma'

INDEX.

M.

Magnæ Deus potentia	65
Magnificat anima mea	79
Magnus Dominus & laudabilis	12
Memento, Domine, David	59
Memento nostri, Domine	121
Memor esto verbi tui	31
Mirabilia testimonia tua	38
Miserere mei Deus	87
Miserere mei Domine, quoniam	158
Misericordias Domini	2
Misericordia Domini plena	141

N.

Natus ante secula	125
Nisi Dominus ædificaferit	55
Nisi quia Dominus	53
Nunc dimittis servum tuum	84
Nunc sancte nobis Spiritus	29

O.

Oculi mei semper ad Dominum	132
O lux beata Trinitas	108
Omnia, quæ fecisti nobis	159
Omnes gentes plaudite	154
Omnis terra adoret te Deus,	128
Ortum fides eximium	96

M 4

Plas-

INDEX.

P.

- Plasmator hominis Deus 72
Populus Syon ecce Dominus 119
Præsepe jam fulget 94
Principes persecuti sunt 40
Prope est Dominus omnibus 121
Protector noster aspice 157
Puer natus est nobis 121
Post Petrum primum principem 114

Q.

- Quare fremuerunt gentes 10
Quasimodogeniti infantes 141
Quæsumus auctor omnium 104
Qui confidunt in Domino 53
Qui confidunt in Domino *Tract.* 134
Qui habitat in adjutorio 82
Qui habitat in adjutorio *Tract.* 131
Qui jacuisti mortuus 103
Qui sedes, Domine, super Cherubim 120
Quomodo dilexi legem 35

R.

- Rector potens verax Deus 33
Reminiscere miserationum 132
Rerum Deus tenax vigor 38
Respice in me, & miserere 152

Re-

INDEX.

Respice, Domine, in testamentum	156
Resurrexi, & adhuc tecum	136
Rex gloriose martyrum	116
Rorate cœli desuper	163

S.

Sancta Dei genitrix	102
Sancti Spiritus adfit	146
Salus populi ego sum	159
Sæpe expugnaverunt me à juventute	56
Sæpe expugnaverunt me <i>Tratt.</i>	134
Si iniquitates observaveris	160
Spiritus Domini replevit	146
Summi largitor præmij	98
Summe Rex Christe Angelorum	167
Summi triumphum regis	144
Super flumina Babylonis	64
Suscepimus Deus miseric.	154 162

T.

Te Deum laudamus	19
Te decet hymnus Deus	89
Telluris ingens Conditor	54
Te lucis ante terminum	84
Tibi Christe splendor patris	112
Tu, qui velatus facie	100

M 5

Uni-

INDEX.

U.

- | | |
|------------------------------------|-----|
| Universi, qui te exspectant | 118 |
| Urbs beata Hierusalem | 113 |
| Ut queant laxis | 109 |

V.

- | | |
|--------------------------------------|-----|
| Veni Creator Spiritus | 106 |
| Venite exultemus Domino | 1 |
| Veni redemptor gentium | 92 |
| Veni sancte Spiritus Seq. | 148 |
| Victimæ paschali laudes | 140 |
| Vexilla regis prodeunt | 99 |
| Viri Galilæi quid admiramini | 143 |
| Vita sanctorum decus | 104 |
| Voce meâ ad Dominum clamavi | 71 |
| Vocem jucunditatis annunciate | 142 |
| Votiva cunctis gaudia | 112 |

F I N I S.



*** (o) ***

Tecum Principium, &c.

Cum Psalmis suis.

I.	Dixit Dominus Domino	42
II.	Confitebor tibi Domine	43
III.	Beatus vir, qui timet	44
IV.	De profundis clamavi	57
V.	Memento Domine David	59

Jucundus Homo, &c.

Cum suis Psalmis.

I.	Beatus vir, qui timet	44
II.	Credidi propter quod	48
III.	Ad Dominum cum tribul.	49
IV.	Ad te levavi oculos	52
V.	De profundis clamavi	57

18
13
09

06
1
92
48
40
99
43
04
71
42
12



*** (o) ***

Juravit Dominus, &c.

Cum suis Psalmis.

I.	Dixit Dominus Domino	42
II.	Laudate pueri Dominum	44
III.	Credidi propter quod	48
IV.	In convertendo Dominus	54
V.	Domine, probâsti me	67

Omnia Laudate.

I.	Laudate pueri Dominum	44
II.	Laudate Dominum omnes	49
III.	Lauda anima mea	76
IV.	Laudate Dominum, quoniam	77
V.	Lauda Hierusalem	78

Die Psalmen des David.

Tu sis Dominus, &c.

Canthis Psalmis.

I. Dieis Dominus Despiro	43
II. Laudes priui Domini	44
III. Christus regnans	45
IV. Christus regnans	46
V. Beatus pessimi meus	47

Die Psalmen des David.


I. Laudes priui Domini	44
II. Laudes Regum regnum	49
III. Laudes regnum regnum	50
IV. Laudes Domini regnum	51
V. Laudes Regum regnum	52

Yb 2438

ULB Halle
001 966 09X

3







B.I.G.
BREVIARII
SYNOPSIS
Psalmos, Hymnos,
Sequentias & alia quibus
cultus divinus pro hodierno ritu
in Choro insignis ædis Cathedra-
lis Halberstadii peragitur,
complectens,
Et in usum
REVERENDISSIMI ac PER-
ILLUSTRIS
Capituli Ecclesiæ Halber-
stadiensis Cathedralis,
Concinnam in hanc formam adornata
Opera & sumtu
Christian, Leberecht, Bischoff,
Portator.

HALBERSTADII,
Excudebat Literis Bergmanniani,
Anno MDCCXXV.